Biblioteca Pública

1999063186

Sorbatis de Francesc Puig Marsà

BIBLIOTECA
PVBLICA
OLOT
Nº 3039.

Ow 3036

CONSTITVTIONES

CONGREGATIONIS TARRACONEN. ET CÆ-

SARAVGVSTÆ CLAVSTRALIS SANCTISS.
Patriarchæ Benedicti renovatæ, & reformatæ in Capitulo Generali,
Anno 1662.

Matías de Francia Prior Mont.ª
BIBLIOTECA PVBLICA
OLOT
Nº 3039.

Barcinone: Ex Typographia Antonii Lacavalleria.
M.DC.LXII.

CONSTITVTIONES

CONGREGATIONIS TARRACONENSIS

SANCTISSIMÆ CLAVSTRALIS SANCTI

Patriarchæ Benedicti reformatæ, & refor-

matæ in Capitulo Generali

M.D.C.L.XII.

CONSTITUTIONES CONGREGATIONIS TARRACONEN. Ordinis Clauſtralis Sanctiſſ. Patriarchæ Benedicti renovatæ & reformatæ in Capitulo Generali anno 1662.

PROOEMIVM.

RElegiones præclaræ, quarum deaurata varietate ſancta Mater Eccleſia pulcherrimè decoratur, certas, quibus addictæ ſunt Regulas, ſalubribus conſtiparunt munimentis, & inſtitutis. Votorum enim obſervationes (Religionum commune, & ſubſtantiale iugum) ex decretis matura primorum Patrum deliberatione editis vim, & robur mutuarunt. Hinc illa S. C. Trid. diſpoſitio de eformandis Congregationibus, & celebrandis Capitulis Generalibus de triennio ad triennium, *a* de ſtatuendis peculiaribus legibus, quarum vi regularia monita ſubſiſterent, dubia reſolverentur, diſciplina regularis à priſco non deviaret ardore, & iuxta temporum qualitates oportuna fomenta Religionis ſtatui applicaren-

a Sef 25. de regul. cap 8. iuncto can. in ſingulis de ſtat. Monach.

carentur. Hiſce igitur cum Regulæ, tùm inſtitutis prima, *b* inter alias, ſanctis. S. P. N. Benedicti Sacra Congregatio Tarraconen. per tercentos, & ultra annos innitens, in perfectionis luſtrabatur ſemita, & ad virtutum ſumma gloriosè ducebatur. At enim verò cùm temporum vetuſtate, & rerum diſcriminibus (ut circumferebantur codicibus manuſcriptæ) plures ejuſdem Congregationis conſtitutiones mendis devenuſtate, *c* obſcuræ aliæ, quædam ad invicem ſe oppugnantes, ac verborum aliæ, & decretorum pluralitate redundantes (ni originali conformes uſus contineret) in deſuetudinem abierint, inde primus totius S. Congregationis exorſus ardor, hæc ſancta priſcis noſtræ Religionis Patribus cœlo inſpirata documenta, inſtaurandi, renovandi, & in omnium altè ſubditorum inſtilandi corda, nulla ex parte tranſgreſſo immemoriali, & antiquo S. Congregationis inſtituto, Pontificiis diſpoſitionibus confirmato.

b Ex conſt. religionis in ejus Archivo reconditis, recopilatis anno 1299 ab antiquis, in Cap. Provincial. celebrato in Monaſt. S. Pauli Barchin. fol. 38. & ante Bul. Bened. XII. editam 12. Kal. Iulii anno 1336. vide Barb. *de jure Eccleſ univerſ. lib. 1. cap. 41. à num. 38.*

c Antiq. conſt quæ incipit: *Quia plures*, fol. 45.

DECRETUM.

De renovandis, & reformandis Conſtit.

SAcrum igitur, & Generale Capitulum, Religionem Clauſtralem S. P. Benedicti com-

complectens, ex omnibus Monasteriis Virorum & Monialium per Regnum Aragonum, Navarræ, Maioricæ, & Principatum Cathaloniæ dispersis, in vnam Congregationem ab immemoriali tempore indivisè coalescens, ac in Spir. S. legitimè congregatum in Monast. S. Pauli de Campo Barchinon. die 15. Novembris anno 1661. Præsidentibus Admod. Illustribus & Reverendis in Christo Patribus Abbatibus S. Joannis de la Peña, S. Salvatoris de Breda, & S. Petri Bisulduni, Constitutiones antiquas iuxta Bullæ Bened. XII. dispositionem, reductam ad modificationes decreti Clem. VIII. ad resentiores aliorum Summorum Pontificum, & præsertim S. C. Trid. sanctiones, immutare, reformare & præli presturæ committere ad vniversaliorem, & firmiorem omnium *d* notitiam ordinavit, iuravit, præcepit & promulgare iussit, vt in posterùm hæc nova statutorum reformatio, antiquis exclusis, ab superioribus, & inferioribus eiusdem S. Cengregationis perpetuo, & inviolabiliter observetur in hunc qui sequitur modum.

d Bul. Clem. VIII. cap. 1. de vot. cast. vers. *Quoniam.*

BIBLIOTECA PUBLICA OLOT

TIT.

TIT. I.

De voto Obedientiæ.

CAP. I.

VNi per cælestem Religionis virtutem aliquid exhibeatur ad Dei *a* servitium, & cultum, ii per excellentiam Religiosi erunt, qui se ipsos quasi Divinum holocaustum Deo manciparunt, & nec ad dexteram, *b* nec ad sinistram à Regula ductrice declinantes, sensus, vitam, & substantiam, *c* quam perceperunt supremo immolant Creatori. Monachus igitur sub iugo Regulæ, quam professus est bonum animæ voluntati alterius per obedientiam sacrificans, corpus per castitatem, & per paupertatem bona externa respuens, verus Religiosus erit. Ideò cum primum Religonis fundamentum in prompta & voluntaria obedientia consistat, quæ maximè relucet in observatione S. Regulæ, & statutorum, sacra Congregatio præcipit omnibus Abbatibus, & Monachis sibi subditis observantiam *d* Regulæ sancti Patriarchæ Benedicti iuxta dispositiones & declarationes *e* harum Constitutionum, quam in professione observare promise-

a D. Thom. 2. 2. quæst. 181. art. 4.

b Isai. 30. 20.

c Greg. *sup. Ezech. cap. 5. hom. 20.*

d Conc. Trid. *sess. 25. de regul. cap. 1.* e Antiq. Const. edita anno 1597. Bul. Clem. VIII. cap. 1. *Quoniam vero*, vide iuxta cum sequen. 16. q. 1. cap. recolentes, cap. cũ ad Monasterium de stat. Monach. cap. exiit, de verb. signif.

miſerunt. In omnibus ergo Magiſtram ſequantur Regulam, *f* nec ſatis eſſe intelligant ſi eam quotidiè legerint niſi opere compleant, & cuſtodiant, ut inde à perfectione *g* ad perfectionem in viis ſuis fiducialiter gradiantur.

f Regula S. P. N. Bened. cap. 3 & 66. Bul. Clem. VIII. cap. 1. in princ. antiq. Conſt. cap. 1. rubr. 1.

g Ioſue cap. 1. 18. Prov. cap. 3. 22.

CAP. II.

OBedientia cæterarum mater quodammodo eſt, *h* cuſtoſque virtutum. Hinc vita tranquilla, cùm ſuperiori ſe totum reſque ſuas inferior credit: hinc vir obediens loquetur victoriam, *i* & è victoria hauriet triumphum. Itaque Monachus, ſive Officialis, ſive *k* Clauſtralis ſe totum proprio Abbati ſeu ſuperiori reſignet; cuius quàm primum audierit iuſſum, non trepidè, *l* non tardè, non tepidè, aut cum murmure, non ex timore pœnæ ſed maturè, hilariter, & ex charitate exequatur; quod fiet, ſi in ſuperiore attendat ſubditus Deum imperantem, & nullatenus ſua, Divinis *m* conſiliis, quæ in Prælato relucent fore præferenda.

h Auguſt. *de Civit. Dei, lib.* 14.

i Proverb. 21.

k Bul. Clem. VIII. cap. 1. verſ. *Atque hæc.*

l Reg. S. P. Bened. cap. 5. verſ. *Si quod iubetur*, & cap. 68. Bul. Clem. VIII. cap. 1. de Obed.

m Reg. S. P. Bened. cap. 5. verſ. *Ac ſi divinitus.*

CAP. III.

NVllus Monachorum liminibus clauſuræ, de more in quovis Conventu deſignatæ, egrediatur abſque Abbatis Superioriſve

risve sui licentia personaliter *n* petita. Quod si pernoctandum erit extra Monasterium, non concedatur nisi in *o* scriptis, termino revertionis prafixo. Extra Provinciam profecturus, si Monachus sit, & sui Ordinarii & alterius ex dominis Præsidentibus *p* consensum expectet; si Abbas, solius Præsidentis. Quæ licentia à Secretario Religionis referendata, & sigillo eiusdem obsignetur, & concedentis subscriptione muniatur. Appellatione Provinciæ comprehenduntur Cathalonia, & Aragonum, Navarræque Regna, quæ quo ad nostram Congregationem individua sunt.

n Clem. VIII. cap. 1. vers. *E Monasterio*. Bened. XII. cap. 24. Quod committat peccatũ Religiosus clausstrum transgrediens absque licentia. vide Barb. *ad Concil. Trid. sess. 25. de Regul. cap. 4. n. 3.* latè Navar. *in Cõment. ad cap. Statuimus, n. 34. not. 12. & num. 29. not. 11.*

o Clem. VIII. d. cap. 1. antiq. Const. cap. 1. rub. 22. & Const. edita anno 1603. cap 3.

p. Antiq. Const. quæ incipit: *Regulari*, anno 1603. fol. 50.

§. II.

CAveant Abbates seu eorum vices gerentes à frequentia licentiarum: Religiosus enim commiscens se Gentibus *q* opera didicit earum. Igitur in Monasterio ex tribus duæ *r* saltem Monachorum partes semper degant, nisi urgentissima instet causa.

q Cap. 5. 16. q. 2.

r Clem. VIII. cap. 12. vers. *E Monasteriis*, antiq. Const. cap. 2. rubr. 22.

§. III.

DOmus secularium quibusdam Monasteriis, vel adiacentes, vel propinquæ, è cætero infra terminos pro clausura assignatos non comprehendantur. *s* Igitur Monacho nisi cũ expressa licẽtia superioris eas domus iuxta clausuram sitas ingredi non licebit; si secus

s Vide Clem. VIII. cap. 2. vers. *A visitationibus*.

fiat

fiat, vt inobediens corripiatur.

CAP. IV.

§. I.

QVid boni ſperari, quidve mali non vereri inverſo diſciplinæ ordine, iuxta quem inferiores ſuperioribus parere æquum eſt? Quaſi peccatum Ariolandi eſt repugnare, *t* & quaſi ſcelus Idolatriæ nolle acquieſcere. Vnde inobediendiæ contagioſam luem ſolicitè conentur ſuperiores ferro, igne, inſtar cauterii reſcindere; ſi enim ſemel ſerpſerit, bonũ Religionis contabeſcit. Inobediens igitur arbitrio *v* ſuperioris puniatur, nec abſolvatur niſi præſtita prius humiliter venia.

t Lib. 1. Reg. cap. 15. 23.

v Concil. Tid. ſeſſ. 25. de regul. cap. 4. ibi: *Tanquam inobediens, &c.*

§. II.

REbelli ſeu contumaci *a* manifeſto & adminiſtrationem habenti medietas fructuum, perſeveranti in contumacia omnis eius adminiſtratio ſit ſequeſtrò ad commodum Sacriſtiæ Conventus. Quod ſi per annum contumax perſiſtat, compilato ritè proceſſu, lataque ſententia Beneficio, *b* ſeu Officio privetur. Clauſtralis Monachus cõtumacia convictus arbitrio Abbatis, ſeu eius vices gerentis multetur. Manifeſtus autem rebellis, ſeu contumax is dicitur, qui præcedente trina

a Antiq Conſt. c. 2. rubr. 1. Confundit in obedientiæ, contumaciæ, proprietatis, & incontinentiæ delicta & pœnas.

b Vide Seraf. *deciſ.* 254. *num.* 4. & *deciſ.* 290. *n.* 9.

c citatione, trina ve iussione sui superioribus sub obedientiæ præcepto non solum legitimum *d* impedimentum non expanserit humiliter; verùm positivè respuerit; *e* quod eo gravius censendum cùm sit in Obedientia Voti & superioris contemptum.

e Cap. Venerabilibus, §. 1. vers. *Secus* de Sent. exc. in 6. cap. Contingit. 2. & ibi glos. verbo *Tertio*, & Hostien. n. 2. & cap. Sacro, de Sent excom. cap. Constitutionem, §. Constituimus, cod. in 6. cap. Reprehensibilis de Appellat. Covar. *in cap. Alma Mater, part.* 1. § 9. *num.* 5.

d Dict. cap. Venerabilibus, §. 1. vers. *Secus*, Card. in Clem. vnic. de dolo & contum. Covar. *d. cap. Alma Mater, part.* 1. §. 11. *n.* 11. Silvest. verbo, *Contumacia.* Seraf. *d. decis.* 290. *n.* 8.

e Dict. cap. Venerabilibus, §. 1. vers. *Secus*, Cardinalis in dict. Clem. vnic. de Dolo, & contum. Innoc. in cap. Solet, vers. *Manifesta*, de Sent. excom. in 6. vide Alexan. *in §. Sin autem, L. Properandum, Cod. de Iudic.* Nata *cons.* 240. *num.* 3. Thesaur. *decis.* 265. *num.* 2. Afflict. *decis.* 265. Ricci. *in Collect. part.* 6. *collect.* 2244.

CAP. V.

FVgitivos *f* & sine licentia proprii Prælati Monasterium deserentes, vbilibet inventos (tamquam rem suam Dominus) *g* capiant superiores, & carceribus recludant diutius, iuxta excessum culpæ. Sponte vero redeuntes paterna charitate, ac *h* mansuetudine suscipiant, & animas subditorum fortè in profundum malorum delapsas, lucrentur. Debita autem correctio adiungatur, quam pietas regularis exposcit, & eò mitior, quò maiora pœnitentiæ & doloris signa in revertente ove conspexerint.

f Antiq. Const anno 1603. cap. 4. derogatur per decretum Vrban. VIII. infra annot.

g L. Si quis, §. Differenti, ff. de Acq. rerum pos. L. 1. §. Per servum. cod. cap. fin. de Regul. Pius V. in Const. quæ incipit: *Etsi Mendicantium*, vide Navarr. *de Regul. comm.* 3. *n.* 51. Roderic. *quæst. Regul. t.* 1. *q.* 30. *n.* 6. Miran. *in Manuali Prælat. t.* 1. *q* 51. *num.* 3.

CAP. VI. §. 1.

INcorrigibilis per annum constringatur carcere in ieiunio & pœnitentia. In incorrigibi-

h Decretũ S. Congregat. iussu Vrb. VIII. editum die 21 Decemb. 1624. vide Barb. *de Iure Eccles. vniversi. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 95. *in fin.* vide etiam regul. S. P. N. Bened. cap. 29. adiuncto, cap. 27. ibi: *Et Pastoris boni pium immittetur exemplum.*

rigibilitate perfeverans, aut perpetuo *i* carcere multetur, ne alios prava consuetudine inficiat; aut (si ita expediat, & citra scandalum) per dominos Præsidentes de Concilio Sacri Definitorii, & sui Superioris eiici poterit à *k* Religione; compilato tamen processu plenèque probatis expulsionis causis secundum sacrorum Canonum dispositiones.

i Cap. Impudicas 24. q. 1. cap. Nec Religiosi, de Regular.

k D. Thom. *quodl.* 12. *quæst. vlt.* Decretum S. Congregationis iussu Vrbani VIII. editum expresse prohibens, quod Religiosus eiiciatur causa incorrigibilitatis, nisi servata forma hic expressa: Vide Belletium, *disquis. Cler. part.* 2. *de Pœn. Cler.* §. 24. *num.* 5.

§. II.

INcorrigibilis erit, *l* qui gravioribus perpetratis delictis, à suo superiore fuerit monitus, cum privatim, tùm publicè, per legitimas probationes de criminibus convictus, aut confessus, & punitus; in easdem similésve culpas iuridicè probatas, ter vel quater relapsus, & toties multatus: tandem in eum obcæcationis ceciderit statum, quod nulla sit spes correctionis ex obstinata consuetudine peccandi cum periculo inficiendi fratres. Quoties igitur superior per gradus prædictos adhibuerit monitionum fomenta, medicamina, *m* Divinarum scripturarum, excommunicationem, pœnas corporales, suam, & omnium fratrum orationem, annalemque incarcerationem, si vltra scelus prorumpat, incorrigibilitas erit manifesta.

l Vide Butre. in cap. Cum non ab homine, *num.* 22. & Abb. *num.* 30. de Iudic. Sayr. *de Censur. lib.* 5. *cap.* 21. *num.* 37. Sanch. *in Præcep. Decal. lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 4. Maiol. *de Irregul. lib* 5. *cap.* 26. *n.* 4.

m Reg. S. P. N. Benedict. cap. 28.

TIT. II.

De voto Castitatis.

CAP. I.

COnsecravit & corpus Monachus per castitatem Deo, mirum in vitæ modum, & penè Angelicum, Æternum præmiandum. Sanctiori se Castimoniæ voto obstrinxit, vt altiùs divini Amoris facibus candesceret, & instar Seraphim nihil caro, nihil corpus, sed totũ spiritus sit. Igitur cœlestis Castitatis pudorem foveat vir Deo sacratus in sinu *suo*, *a* & ne colloquia solum, aspectave muliebria vt venenum fugiat; sed ad vestes, ad vestigia propè pedum horreat, & erubescat.

a Eccles. 9. Prov. 6. 17. Ephes. 5. 3. Cyprian. *de Sing. Cleric.* Hieron. ad Nepot. Basil. *de Constit. Monach.* Orig. *homil.* 3. *super lib. Numer.* & *homil.* 8. *in Ioan.* Basil. *homil.* 14. *ad Adolescen.*

CAP. II.

§. I.

DIsciplina *b* Regularis in re tam ardua ac contagiosa nullam excusationem prætexere patitur: flamma enim mulier est lethaleque venenum, quo non semel Orbis contabuit. Vt igitur indè nullus prætextus coloratus circa mulierum ingressum ad Claustra

b Antiq. Const. rubr. 2. cap. 4. & 3. & Const. 4. edita anno 1597.

stra haud minimum vulnus aperiat, vnde tot morbi prosiliunt in animarum perniciem, insistens Decretis Summorum Pontificum, & præcipuè dispositioni Bullæ Clem. VIII. *c* Sac. Congregatio interdicit omnibus Abbatibus, Prioribus, Vicariis Generalibus, & aliis superioribus, omnibusque Monachis mulierum cohabitatione *d* cuiusvis status sint, conditionis ætatis, affinitatis, consanguinitatis etiam in primo gradu. Ac eadem generalitate, & specialitate prohibet fœminarũ ingressum intra Clausuram *e* Monasteriorũ. Appellatione Clausuræ intelligitur totum illud spatium Conventus non aliter pervium nisi per *f* Claustra, sive sursum, sive deorsum. Quem ingressum ita arctè Sacrum Generale Capitulum arcet, ut nullo prætextu, etiam vrgentissimæ infirmitatis modificari, dispensari, ex parte ve commutari queat, nisi cum evidens naturalis ratio *g* iuris, etiam Pontificium excluserit, quæ vix sub sensu experiri fas est. Qualis enim vitæ Periodus immaginari licet, vt in mulieris assistentia, absentiave unicum vel vitæ, vel mortis sistat discrimen?

§. II.

c Clem. VIII. *cap.* 2. vers. *Mulieres*, renovans Bullam Pii V. quæ incipit: *Regularium personarum, &c.* omnino videnda. Extat de hac re alia. Grg. XIII. Const. quæ incipit: *Vbi gratiæ.* Bened. XII. cap. 19. Et nulla est modificatio Clementinæ, nisi quod in Grangeis possint mulieres honestę ministrare.

d Cap. Clerici. de Vit. & hon. Cleric. cap. Legitur 25. dist. 81. cap. Statuimus 19. q. 3. L. Eum qui, Cod. de Episc. & Cler.

e Vide supradictas Bul. vbi prohibetur ingressus sub privatione Officii, & suspensionis à divinis ipso facto. Vide Fr. Ema. Rodrig. *quæst. Reg. t.* 1. *q.* 48. *art.* 3. & 4. Sanch. *in Præcept. Decal. t.* 2. *l.* 6. *cap.* 17. Barb. *de Potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 102. *n.* 85. Hier. Roder. *in Comp. quæst. Regul.* *tesol.* 27. Fr. Ioann. à Cruce *de Stat. Relig. lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 1. *concl.* 1. Bonac. *de Claus. quæst.* 5.

f Favet huic dispositioni cap. Exiit de verb. signif. lib. 6. & declarat. facta per Gregor. IX. ad Regul. FF. Minorum vt adnotat. Riccius *in Prax. For. Eccles. decis.* 648.

g Vide exempl. apud Coriola. *de Casib. reserv. part.* 2. *casu* 3. *num.* 32.

§. II.

PErmittit autem S. Congregatio, ut quoties Matres, seu consanguineæ Monachorum aliæve mulieres Nobiles, vel honestæ cum earum famulatu devotionis causa ad Monasteria diverterint, possint per dies octo manere in domibus Officialium, quæ per modum *h* Hospitii sunt sitæ extra Clausuram, præmisso consensu Abbatis, seu eius fungentis munere, cærtioris facti de causa adventus, & conditione personarum. Hæc autem permissio nullum robur habeat in hiis Monasteriis, quæ laudabiliter, & Religiosè ob nullam causam (licet extra Clausuram sitæ sint Officiorum domus) mulieres admittunt. Itaque sanctimma hæc observantia firma consistat.

h Antiq. Constit. edita anno 1603. cap. Constitutionem, cuius ultima verba, ut iuti contraria reformãtur. Vide Navar. *in cõ. ad cap. Statuimus, num. 62. circa med.* exponentem supra dictam Constitut. Pii V. *& conf. lib. 3. tit. de Regul. conf. 66. per tot.* & Riccium *loc. sup. cit.*

§. III.

SI verò Abbates (quod Deus avertat) sive ingressum mulierum ad Clausuram, sive cohabitationem extra eam permiserint, primò trimestribus, secundò quadrimestribus Abbatiæ fructibus priventur, Sacristiæ Monasterii applicandis. Perseverantes, suspensionibus, interdictis, excommunicationibus, aggravationibus, & reaggravationibus, aliisque iuris adminiculis iuxta dispositionem Bullæ

Clem.

Clem. VIII. & Pii V. Domini Præsidentes ad perfectam huius Constitutionis observantiam constringant. Priores verò Claustrales, seu Vicarii Generales, quam primum in iis deliquisse constiterit, huiusmodi Officiorum privationem ipso facto incurrant. Cæteri autem Monachi mulierem ad Clausuram ad mittentes, vel cum ea cohabitantes, carceribus, vel aliis pœnis arbitrio Abbatis, eiusve vices gerentis coerceantur. At enim verò meminerint superiores præfatam Constitutionem, eò validiorem fore, quò ipsimet, ea observata, præstiterint subditis Religiosissimum exemplar.

CAP. III.

QVorundam Conventuum S. Congregationis antiquissima structura hæc est, vt Ecclesia, Domusve Abbatialis (ad quam coram Abbate Iudice in temporalibus, & spiritualibus mares, & fœminæ, vel in ius vocant, vel in ius vocantur) perviæ non sint nisi per Claustra. In hiis igitur Monasteriis, & pro iis duabus dumtaxat causis, S. Congregatio permittit mulierum intra *i* Clausuram ingressum: Iure enim Divino & naturali, nec fidelis Ecclesia, nec iustitia quærelosis est deneganda. Rectà tamen, & absque itine-

i Arg. ex cap. penul. 33. q. 5. cap. Episcopus de Consecrat. dist. 1. vide declarationem editam à Pio V. quæ incipit: *Nos Alexander*, quam adducit Quaranta in sum. Bullar. verbo *Monasteria*, & *Conventus in princ.* & hoc statutum expressa est modificatio Commis. Apost. ad cap. 4. Bullæ Clem. VIII.

itineris ambagibus discursus fiat, nec ultra Ecclesiam, vel domum Abbatialem protrahatur. Itaque ad formam in præcedenti capitulo expressam puniatur Monachus, cuius persuasu mulieres prætextu harũ causarũ aliorsùm intra Clausuram diverterint.

CAP. IV.

MOnachus incontinentia convictus, seu alias suspectus, à suo superiore corripiatur servata forma describenda infra *cap.* 3. *tit. de Pœnis.* Monet autem S. Congregatio Abbates, & alios superiores vt totam in his prudentiæ, & discretionis acuant aciem.

TIT. III.

De voto Paupertatis.

CAP. I.

PRimum fundamentum, super quod Religionis structura crescit ad Charitatis perfectionem est voluntaria Paupertas, dum nihil sibi reservantes Monachi se, & sua Deo in victimam voverunt *a* gratissimam, firmiter in eum esperantes, qui factus est fortitudo *b* pauperi, & egeno in tribulatione, tanquam pars *c* & hæreditas eius. Hanc igi-

a D.Thom.2.2. *q.* 188. *art.*4. Reg.S. P. N. cap.58. vers. *Nec proprii corporis.*
b Isai. 25.
c Num. 18.

tur

tur voluntariam paupertatem S.Congregatio omnibus Abbatibus, & Monachis illibatam iuxta S. P. N. Benedicti Regulam *d* & dispositiones Apostolicas præcipit obseruandam, ne cum Iuda proditore, Anania, & Saphira tremendum proprietatis iudicium experiantur. Enim verò cum Monasteria huius S.Congregationis componantur ex Monachis *e* Clauſtralibus, quibus nulla est Administratio commissa, & Officialibus, quibus à S. Sede Apostolica, cùm temporis longissimo tractu, & immemoriali, tùm vigore Regularum Cancellariæ Beneficia conferuntur Regularia, & consequenter eorum reditus in suos, Ecclesiæ, & pios vsus expendere possint, vt in iis & aliis execrandum proprietatis vitium effugiatur, S. Congregatio sequentes decrevit constitutiones, & declarationes.

d Reg.S.P.N.cap. 38. Clem. VIII. cap.3.

e Errant qui Monacho Clauſtrali obſervantem opponunt, quia nec obſervãs niſi Clauſtralis ſit, nec è contra: Clauſtralis enim is eſt qui intra Clauſtrum in obedientia manet, Cœnobitarum fortiſſimũ genus, quibus Regula S. P. N.Benedicti dirigitur, vt in Prologo eiuſdem, & de quibus cap. 4. in fine, ait: *Officina. vbi hæc omnia diligenter operemur, Clauſtra ſunt Monaſterii.* Quod commendans D. Bernardus *tract. ad Relig. Bened.* eam vocat: *Scalã Clauſtraliũ.* Vnde præcipuum, & antiquiſſimum nomen totius Religionis

C CAP.

Benedictinæ, ſcilicet, *Clauſtralis Monachus*, vti Monachatus encomium, & præ ſe ferens omnis Obſervantiæ commendationem. Hinc deducta ſpecialis ſignificatio nominis *Clauſtralis Monachi*, eius ſcilicet cui nulla erat Administratio conceſſa, ſed ſemper ſub Obedientia Prælati, in Congregatione permanebat ad differentiam eorum Monachorum, quibus ex inſtitutione Pontificia ſeu aliàs, Prioratus, & Administrationes Officiorum erant commiſſæ, qui cùm quondam contra ſtatutum. *Conſt.1. Lateranen cap* 10. quod refertur in *cap. Quod Dei timorem, §. Licet autem, de Stat. Monach.* habitaſſent ſolitarii in ſuis Prioratibus, & Eccleſiis Officiorum, fuit ſtatutum à Summo Pontifice, vt revocarentur ad Clauſtra cum Clauſtralibus ſub Obedientia Prælati, vel quod eiſdem Prioratibus, & Eccleſiis alii aſſociarentur, vt ſimul vitam ducerent Regularem, & Clauſtralem, text. expreſſus in *cap. Ad Audientiam 4. de Capel. Monachor.* Quo fit vt tam Officiales Monachi, quam alii adminiſtrationem non habentes, prout ad Obedientiam Prælati, & Regularem Clauſtri diſciplinam revocati ſunt (vt nunc exemplo ſunt Prioratus quidam extra Clauſtra, ſub obedientia Abbatis S. Victoriani reducti) æqualiter Clauſtrales dici poſſunt; Tamen inſpecta primæva nominis Ethymologia permanſit nunc illud genuinum nominis diſcrimen, ideſt, quod Clauſtralis vocetur Monachus is cui

nulla

nulla Officii Regularis Administratio est concessa ad differentiam (non Monachi observantis) sed eius, qui intra Claustra, vel sub obedientia degens Administrationem habet : expressus text. *in Clem. ne in Agro, §. Ad hæc de statu Monach.* & optime ibid. *Glos.* verbo: *Ad Claustrũ*, ibi: *Sed obedientiarius, qui Claustralis est, iste nõ debet esse solus ad differentiam perpetui instituti, &c.* vt in *Glos. Margin.* iuncta *Clem. c. 2. §. Sed & tales, de vita, & honest.* Et hac nostra divisione, antiquam formam loquendi Iuris Pontificii sequens, vsus fuit Bened. XII in sæpe citata *Constitutione ad Monachos nigros, cap.38. de Conspirat.* ibi : *Si vero simplices Claustrales fuerint eo ipso reddantur inhabiles ad Prioratus Administrationem.*

CAP. II.

OCcultè vel contra voluntatem Superioris aliquid retinens Monachus propietarius *a* erit. Per paupertatis enim Votũ, non solum rerum temporalium dominium abdicavit ; sed etiam omnem possessionem, & vsum *b* etiam nomine Monasterii obtinendum absque licentia, *c* aut Summi Pontificis *d* (vt Officiales à S. Sede instituti) qui est omnium Prælatorum primus, aut si Claustralis sit absque sui Abbatis, seu superioris expressa vel tacita voluntate. Graviter igitur sciat se peccare Monachus, qui ita aliquid retinet absque superioris facultate. Ad proprietates enim vitium accedit furtum, contrectando rem alienam invita *e* Ecclesia, nisi ea sit materiæ parvitas, quæ etsi alias surriperetur à lethali culpa *f* excusaret.

CAP. III.

PEr paupertatis votuum Religiosus, licet fiat in capax *g* dominii rerum temporalium;

a Ioan. Andr. in cap. Cum ad Monasterium, de stat. Regular.

b Cap. Abbates 16. q.2. Reg. S. P. N. Bened.d.cap.33.

c Cap. Non dicatis 12.q.1.

d Vide Navar.*cens. lib.3. tit.de Regul. cons.20. num.16.*

e Cap.Pœnale 15. q.5. cap de Monachis 16.q.1. cap.de Lapsis ead q.6.Abbas in cap. Cum olim 2.n 6.de Privileg.Specul.in tit. de stat. Monach. vers.23. n.29. Beron.*cons.26.tom.1.* Bart.*in l. Si libertus, ff.de stip. serv.*

f Mendoc. *quæst.8. Scolast. n. 12.* Navar *d. lib. 3. cons. 35. n.14.* Cordub. *tract. de Casib. q. 54. dic. vlt.*

g Cap.vlt.in princ. & fin. de stat. Monach. vide Navar. *cons. lib 3. de Regal. cons. 47. per tot.* Barb. *de Potest. Episc part.3. alleg.104. n.4.* Ricc. *in Prax. resol.194.* Azor. *Inst. Moral. part.1. lib.12. cap.9.q.2. in fin.*

lium non earum vſum, & *h* Adminiſtrationem obtinendi. Adminiſtrare enim res Eccleſiæ nomine Papæ, Superioris, vel Conventus, & de conſenſu eorundem, quoddam gratuitum eſt voto non contrarium, nullaque Divina, humanave lege prohibitũ. Igitur licebit Monachis Abbatias, Prioratus, Beneficia, & Officia Regularia obtinere per inſtitutionẽ Apoſtolicam, ſive Ordinariam, quorum reditus, vt fideles Chriſti Patrimonii *i* diſpenſatores in Officiorum, ſeu Abbatiarum onera, in ſuos uſus (attenta perſonarum qualitate, & Conſtitutionum diſpoſitionibus) in commodum Conventus, & alia pia opera diſtribuere poterunt. Quod ſi in alios cõvertant uſus ſciant proprietatis *k* ſcelus commiſiſſe, quia renitente ſuperiorũ conſenſu Patrimonium Chriſti contrectant. Ideo S. Congregatio omnibus Abbatibus, & Monachis immoderatas donationes *l* prohibet. At cum expedierit in pium vſum, conſiderabilem quantitatem expendere; Abbatis, ſeu eius vices gerentis conſenſus præcedat, cuius diſcretioni committitur quæ ſit immoderata, & cõſiderabilis donatio.

h Clem. VIII. cap. 3. in princip. verſ. *Non propterea*. Navar. *d. conſ.* 20. *num.* 4.

i Clem. VIII. cap. 3. verſ. *Abbates enim.*

k Ioan. Maior. *in* 4. *diſt.* 38. *quæſt.* 9.

l Antiq. Conſt. cap. Et quia graves 4. rubr. 6.

CAP. IV.

PErmittit S. Congregatio Monachis Clauſtralibus peculium, *m* ſeu peculiarem

Administrationem de licentia suorum Abbatum, seu eorum officio fungentium tacita, sive expressa, & non aliter, quam possint in suos, & alios pios vsus convertere. Similiter declarat S. Generale Capitulum, posse Claustrales, ea, quæ de suis portionibus *n* victui subtrahunt, in pia consumere opera: cum enim vnicuique Monachorum certæ sint consignatæ portiones; tacitus Prælati ad hæc accedit consensus. Curent autem Abbates, vel eorum locum tenentes, ut in concedendis peculiis nulla superfluitas, & excessus sit; sed administrandi facultas maior, minorve sit inspectis personæ, Officii, & *o* status Regularis circunstantiis.

m Rodrig. *Quæst. regul. tom.* 3. *quæst.* 29. *art.* 8 Ludovic. Miran *in Manual. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 28. *art.* 8. Fegud. *in Quinq. Eccl. Præcep tract.* 2. *lib* 8. *cap.* 6 *n* 13. Sanch. *in Præcept. Decal. tom.* 2. *lib* 7. *cap.* 22. *à n.* 12. Ledes. *in Sum. tom.* 2. *tract. de Statu Relig. cap.* 4. *concl.* 3. *dub.* 13. Cord. *in Sum. q.* 54 *opin.* 2. Gregor. Lop. *l.* 14. *verb. proprium tit.* 1. *part.* 1. facit Reg. S.P.N Bened. cap. 33. ibi: *Nec quicquã liceat habere, quod Abbas non dederit, &c.*

n Navar *d. cons.* 75. *n.* 46. *&* 55.

o Armend. *in addit. ad Recop. Leg. Navarro, lib.* 2. *tit.* 18. *lib.* 7. *de Relig. n.* 84. Sanch. *vbi sup. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 22. *n.* 18.

CAP. V.

§. I.

CVpiens S. Congregatio omnem prorsus scrupulum eradicare decernit: licere Claustralibus recipere quidquid eisdem sive consanguinei, sive quisquis alius elargiti fuerint. Donatarius autem infra viginti quatuor horas (si in Monasterio sit; extra vero ab instanti reversionis numerandas) manifestet

feſtet ſuperiori, *p* & eius voluntati ſubmitat quantitatem, & qualitatem donationis: Ad Prælatus ſi expedire iudicaverit, vel totum, vel partem rei donatæ *q* in vſum, & Adminiſtrationem manifeſtanti conſignare poterit, ad nutum tamen ſuperioris revocabile.

p Reg.S.P.N.Benedict. cap.54.

q Vide Modif. ad cap. 3. Bul. Clem. VIII. Conſt antiq. cap. & quia graves 4.rub.6.verſ. *Claustrales ab omni prorſus, &c.*

§. II.

ENim verò ſi quod datur ſit minoris æſtimationis, putà ſubucula, palliúm, & hiis ſimilia, quæ & vſu conſumuntur, & neceſſitati propriæ, vt ſæpè fit, inſerviunt, ne conſcientiæ laqueis involvantur, (circunſpectis Monachorum, & Conventuum paupertate, & indigentia) S. Congregatio permittit Clauſtralibus, eiſdem parvi momenti rebus vti, omiſſa manifeſtatione: tacito *r* enim conſenſu ſuperioris hæc roborantur; niſi aliàs propter rationabiles cauſas de expreſſa *ſ* in contrarium conſtet Prælati ſententia: cuius liberæ ſuper hiis facultati, iuſto intercedente motivo, S. Congregatio derogare non intendit.

r Navar. *vbi ſupra conſ.75.num.55.*

ſ Navar. *vbi ſup. conſ.75.num.48.*

t Vide Bartol *in L.3. in princ. ff.de his qui pœna nom. & L.1.ff.de Vulg.* Bald. *in L.1. n.12. Cod. Qui admitta, &c.* Alberic. *in L. Deo nobis*, verſ. *Sed quæro aliam, Cod. de Epiſc. & Cleric.* Ioan.Andr. *in rubr. de Stat. Monach. circ. med.* Deci.*conſ 674.n.5.* Bald. *in d. L. Deo nobis, n.11.* Alex. *in L. Mulier, §. Cum proponeretur, ff. ad Trebel.* Mantic. *de Conject. vlt. volunt. lib.11. tit. 19. n.27.*

CAP. VI.

SI ab inteſtato, *t* ex teſtamento, aliove quovis legitimo titulo, ſeu aliundè (præter-

terquam ex Beneficiis ſeu Officiis Regularibus) adventitio, Monacho, ſive Officiali, ſive Clauſtrali bona perveniant, non ſolum dominium acquiritur Monaſterio, ſed etiam *v* vſus, & Adminiſtratio eorundem, ſicut per *x* ſervum Domino. Ideo S. Congregatio prohibet inpoſterum omnibus Monachis hæreditatem adire, ſeu Adminiſtrationi horum bonorum ſe implicare, vel pro ſuo gerere niſi de expreſſo Abbatis, & Conventus *y* conſenſu. Si tamen Monachus per quem acquiritur ſit providus (præſertim ſi Officialis exiſtat) & urgentior non inſtet cauſa, rationabile exiſtimatur, uſum & Adminiſtrationem ei committendam fore, per quem Conventus conditio, in acquiſitis bonis melioratur.

v Abbas *in cap. In præſentia, de Prob. in princ. & n. 66. & 74.* Decius *ibid. n. 190. & 191. & 206.* Felin. *ibid. n. 57.* Menoch. *de Remed. adip. poſſ. remed. 4. n. 94.* Seraf. *deciſ. 1328. num. 1.*

x Cap. Multos 54. diſt. Innoc. *in cap. Cum olim, de privileg.* Feder. *conſ. 259.*

y Cap. Si Religioſus, de elect. in 6. Capel. Tolosan. *quæſt. 226.*

CAP. VII.

§. I.

VT autem inter adminiſtrandum paupertatis obſervantia, & Voti memoria non decidat, aut dulcedine rerũ adminiſtrandarum affecta in vſum earum non prorumpat voluntas, vt in apparens dominium, S. Congregatio innovat & confirmat antiquas conſtitutiones, *a* quibus præcipitur omnibus Abba-

a Ant. Conſt. cap. Item cum 2. rubr. 6. & Conſt. non ſolum 5. anno 1577. vide Limitatio, ad cap. 3. Bul. Clem. VIII.

Abbatibus, & Monachis quot annis Feria quinta in Cœna Domini resignatio concessæ Administrationis per traditionem Clavium in manus Abbatis, & Abbas in posse Prioris. Hac autem clavium traditione hoc fit, quod Religiosus ex corde, & affectu actioni non disono, fatetur, quidquid Administrationis sibi concessum (si Abbas seu Officialis sit à Sede Apostolica institutus) ad nutum & liberam dispositionem suæ Sanctitatis, quæ in Iurisdictione omnium Prælatorum operatur, & cuius vices Abbas in exercicio huius actionis gerit, resignare; si vero Claustralis sit ad nutum immediate, & beneplacitum Prælati concedentis.

§. II.

SIngulis verò annis Feria secunda *b* post Pentecosten, eadem mente, & affectu, omnes Monachi in quolibet conventu simul in capitulo offerant Abbati, & Abbas Monasterio, Desaproprium in scriptis, manu offerentis subsignatum, in quo quisque omnia bona mobilia, suppellectilia, fructus collectos, credita, debita, quantitates pecuniæ tunc residuas, & quidquid tandem ex Administratione adventitium individualiter assignet. Quæ desapropria simul in loco re-

b Antiq. Const. cap. 1. rubr. 6.

ponan-

ponantur tuto, vt cum oportuerit aperiri possint.

CAP. VIII.

§. I.

OMnes Abbates, & Monachi infirmitate oppressi, ante Viatici sumptionem, desaproprient c se; intra Claustra, Monachi, penes Abbatem, vel eius munera obeuntem, Congregato Capitulo (Abbas coram Priore, & Monasterio); extra Claustra quibusdam adscitis Monachis, si eorum erit copia) penes Præsidentẽ, vel Abbatem antiquiorẽ (nisi infirmi adsit Ordinarius) vel hiis ad invicẽ & gradatim absentibus, in manus Monachi senioris. In quorum omnium defectu, ne Religiosus migret ex vita externa hac resignatione non facta in detrimentũ fortè suæ conscientiæ, & rei Ecclesiasticæ sibi commissæ, Desaproprium faciat coram suo Confessore, quem roget vt chartam subscriptione confirmet; quidquid iurisdictionis ad hoc ministerium deficiet, hac Constitutione S. Congregatio supplere decrevit.

c Bul. Clem. VIII. cap. 3. infra med. Const. antiq. cap. Vbi periculum 1. de Spol. fol. 41.

§. II.

MOdus autem huius desaproprii sive intra, sive extra Monasterium, vt sequitur

tur, obſervetur. Accedant omnes Religioſi Domum, vel cellam Ægrotantis: *d* Superior vinculum voti Paupertatis expandat: Villicationis nunc repetendæ curam ad nutum Superiorum fuiſſe commiſſam: liberam ex corde reſignationem profuturam moneat: ſic dirutis bonorum temporalium compedibus, velocius ad æternitatem patere tranſitum. Deinde infirmus deſapropiet ſe ea ſingularitate *cap.* 7. §. 2. *hoc tit.* expreſſa. Secretarius Monachus omnia, vt ab ore proferuntur languentis, ſcribat. In calce Ægrotus nomen proprium, & cognomen adjiciat (ſi fortè ægritudinis vi impeditur, ſubſtituat) & claves arcarum è ſua, in manus ſuperioris in ſignum translatæ poſſeſſionis, vſus, & Adminiſtrationis, transferat. Hæc ſubſequantur generalis de more abſolutio, & S. Euchariſtiæ refectio. Tandem ſuperior, infirmi curam duobus providis Monachis committat, qui, & pro eius ſalute corporali recuperanda opportuna expendant ex bonis Adminiſtrationis reſignatæ, aliàs ex communibus Conventus reditibus; & contra diabolicas fraudes, certantem vltimo diſcrimine fratrem, orationibus, exhortationibus in fide, ſpè, & charitate confirment.

d Conſt antiq. cap. 1. rub. 27. Quod melius exprimitur in hoc §. 2. & infra de ſpoliis, cap. 1.

CAP. IX.

ARctissimè prohibet S. Congregatio, vt deinceps in desapropriis, Abbates vel Monachi, legata, licet ad pia opera, seu dispositiones, donationes quovis intuitus decretent & designent. Quanvis enim Abbates, & Monachi Administrationem habentes possint donationes facere nomine Ecclesiæ, quæ dicuntur inter vivos iuxta formam & limitationem, *cap.* 3. *huius tit.* prolatam; Donationes verò causa mortis apertam redolent proprietatem, cùm potius velit Monachus habere quàm donatarium, & hunc quàm Ecclesiam. Cum enim per actum desapropii, Regularis non abdicet à se dominium, quia eius non est capax, sed Administrationem, & vsum commissum, acceptante Prælato renuntiationem, & claves retinente; non licebit Monacho, citra proprietatis vitium, in eodem actu renuntiationis totius Administrationis, & vsus, contrarium, disponendo, exercere (salvis tamen prærogativis à S. Sede superiis Monasterio Rivipulli concessis) Ad solatium tamen infirmorum permittit S. Generale Capitulum, quod perfecto desaproprio, Ægrotus *e* verbo, & humiliter Abbati

e Constit. antiq. quæ incipit: *Cum ex mala*, edita anno 1615. derogatur, vide de hac re eruditè Navar. *in Comm. ad cap. Non dicatis, num. 54. vers. 10.*

bati & Conventui, naturales obligationes, neceſſitudinis vincula, parentum & conſanguineorum paupertatem, & de ſe benemeritos proponere poſſit. Abbas autem de conſenſu Capituli, ſi expediens viſum fuerit, ſi pietati conſonum (diſcrimine circunſpecto inter res ſpolii ex Adminiſtratione reſiduas, an ex Beneficio, an verò ex bonis paternis ſeu ex aliis titulis profectitiæ ſint, quarum dominium acquiſitum eſt Conventui, & quæ indulgentiorem inſinuant conſenſum) voto faveant extremùm ſupplicantis. Hac enim ſpecie Abbas, & Conventus Adminiſtrationem exercent, non autem Monachus.

f Bened. XII. cap. 9. antiq. Conſt. cap. 4. rubr. 6. vide tot. tit. de Reb. Eccleſ. non alienandis, c. 1. & 3. ibi Gloſ. de Pignor. cap. Sine exceptione, cap. 2. cap. Paſtoralis, de Donat. cap. 1. & cap Tua de his quæ fiunt à Præl. cap. In venditionibus 17. q. 4. & ibi Archidiac. Covar. *Var. lib. 2. cap. 17. n. 1.* Ricc. *in Prax. for. Eccl. deciſ. 51.* Redoan. *de Reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 2. cap. 6.* Navar. *Conſ. lib. 3. tit. de Reb. Eccleſ. non alien. conſ. 6. tom. 1.*

CAP. X.

PRohibet S. Congregatio Abbatibus, & Monachis Adminiſtratoribus alienare, hypotecare, in pignus dare, vel infeudare proprietates *f* ſuarum Adminiſtrationũ, fructus ve quovis prætextu obligare, aut pro aliis fideiubere, *g* niſi de expreſſa Abbatis & Conventus voluntate: ſalvis ſolemnitatibus in alienationibus de iure adhibendis.

g Cap. penult. de Fideiuſ. Azor. *Inſtit. Mor. part. 1. lib. 12. cap. 11. q. 2.* Leſius *de Iuſt. lib. 2. cap. 28. dub. 2. n. 20.* Greg. *l. 2.* verbo *de los Obiſpos, tit. 12. part. 5.* Ioan. Mar. Bellet. *Diſq. Cler. p. 1 de Diſcip. Cler. §. 32. num. 8.* Mol. *de Iuſt. & ini. tract. 2. diſp. 549. num. 19.* Silveſt. *in Sum.* verbo *Fideiuſſor, q. 4.* Sanch. *tom. 2. de Præcept.* Dec. *lib. 6. cap. 14. num. 38.*

CAP. XI.

APud conſanguineos, aliaſve perſonas cuiuſvis cõditionis extra Monaſterium

degentes non liceat Abbatibus, & Monachis Administratoribus, depositi nomine, habere pecunias, vasa aurea, vel argentea, Ormenta Ecclesiastica, bona mobilia, aut quoscumque fructus ex Administratione Officii, sive aliundè processos; *h* deinde nec capibrevia, Privilegia, aut alia instrumenta, quibus libertates, proprietatesque Monasteriorum, & Officiorum firmantur, nisi de expresso Abbatis (Abbas vero Præsidentium) seu eius vices gerentis consensu: qui semper negetur, nisi vrgens necessitas hoc idem postulaverit. Transgressio huius Constitutionis, applicatione rei depositæ Sacristiæ Conventus, puniatur: instrumenta vero deponentes, Abbas suo arbitrio reprimat.

h Bul. Clem. VIII. cap. 3. in fine Const. antiq. cap. 3. rub. 6. *i* Reg. S. P. N. Bened. cap. 3. in fine. *k* Cap. Cum ad Monasterium, de Strat. Regul. cap. fin. de Regul. Gregor. IX. in Const. Bened. Conc Lateranen. part. 1. cap. 10. Conc. Trid. sess. 25. de Regul. cap. 2. Gregor. 4. *Dialogor. cap.* 55. Hieron *ep.* 22. *ad Eustach post med.* Navar. *in cap. Non dicatis* 12. *q.* 2. *n.* 33. & 41. & 48. Sayr. *in Flor. decis. sub tit. de Election. decis.* 6. Iacob. de Graf. *in Aure. decis. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 5. Zabarel. *in dict. cap. Cum ad Monasterium, n.* 1. *notab.* 2 Ludov. à Beya *in Resp. cas. consc. p.* 4. *casu.* 17. Rodr. *q. Reg. t.* 3. *q.* 61. *art.* 1. *vers.* 13. Sanch. *in Præcept. Decal. tom.* 2. *lib* 7. *cap.* 20. *num.* 11. Barb. *ad Conc. Trid. d sess.* 25. *cap.* 2. *de Reg. num.* 32. & 33.

CAP. XII.

PRoprietatis vitio infectus semel, & *i* iterum per Abbatem, seu eius officio fungentem admoneatur: perseverans in delicto pœnis multetur à Iure *k* contra proprietarios Monachos sancitis. In Domino autem Sacra Congregatio omnes hortatur Superiores eò vrgentiùs in proprietarios animadvertendum, cùm Princeps omnium lapis, cui religiosa, & spiritualis nititur structura, pauperta-

pertatis sit votum, quo neglecto, aversus omnino animus, ad conservandum solùm peculium conducit affectum. Igitur Prælati, ne subditis proprietatis materiam subministrent, vel superflua concedentes Claustralibus, Officialibusve permittentes, aut necessaria non erogantes: sicut sibi, æquè & subditis curent provideri.

TIT. IV.

De spoliis Abbatum, & Monachorum.

CAP. I.

§. I.

DEfuncto Abbate, vel Monacho, & Resp. dicto *Subvenite sancti Dei, &c.* *a* Statim Secretarius Monachus additis testibus Inventarium conficiat de omni spolio individualiter. Ornamenta, libri Sacri, Auri, & Argenti vasa, anuli, Cruces, & hiis similia, Sacristiæ, (alii verò libri Bibliothecæ communi) ascribantur. Dolia & vasa pro conservandis fructibus Abbatiæ seu Officii, Tigni, Tabulæ, & quævis alia materia, Domibus provisa restaurandis, successori conserventur. Reliquum

a Antiq. Const. cap. 1. rub. 27. declaratur, & partim reformatur.

quum ſpolii (ſepulto cadavere) ſubhaſtetur, & in pecuniam redactum (reducto in primis ære alieno) partim ad commune bonũ Conventus, pro vt expendendum oportebit, in communi Theca reponatur; partim (ſi vrgentiore non ſit Monaſterium gravatum egeſtate) ſuffragiis defuncti aſſignetur ea lege, vt Annalis, perpetuuſque reditus ex proprietate credita decurrat, vt inde vtriuſque, & Conventus, & defuncti commodum colligatur.

§. II.

SI autem defuncto ſuperſtites fuerint Parentes pauperes, conſanguineive indigẽtes, aut benefactores neceſſitate oppreſſi, quorum erga mortuum officiis naturali quodã Iure exæquare per pias largitiones oportebat: S. Congregatio prudenti arbitrio Abbatis, vel eius locum tenentis, de conſenſu Capituli, committit: partem ſpolii eiſdem perſonis, pietatis intuitu, & æquitate ductrice (earum cum Monaſterii egeſtate collata) erogandam. Enim verò cum Deo pergratæ ſint Eleemoſynæ quotidianæ, & annales quæ in Monaſteriis S. Congregationis laudabiliter diſtribuuntur; gratiores erunt quæ firmiori charitatis titulo commendantur. Sanctiſſimus

mus enim Legifer Noſter Benedictus, prophetico radio futuris proſpiciens, vt indivisè vnam, & ſemper eandem firmaret Regulam, providè, omnium ferè, quæ trium Votorum non circunſtant ſubſtantiam, *b* diſcretionem Abbatis moderatricē conſtituit, quæ iuxta temporum decurſus temperaret rerum agendarum habenas.

CAP. II.

SI defuncti ſpolium ære alieno adeò ſit gravatum, vt non ſit ſolvendo libri omnes, Ornamenta, & quæcunque ex auri, & argenti conflata *c* materia diſtrahantur, donec creditoribus cautū ſit. Excommunicationis pœnam ipſo facto incurrendam S. Congregatio pronunciat in eum Monachum, qui aliquid ſpolii fraudulenter occultaverit (non de eſculentis, & poculentis, eſt ſermo) & inſuper convictus, vel confeſſus de hoc facto per ſex menſes vti proprietarius voce activa, & paſſiva careat.

CAP. III.

CVm permutationis, promotionis, aliove legitimo titulo Abbas, ſeu Monachus ab vno ad aliud tranſmigrat Monaſterium: licet

b S P.N. Bened. Reg. cap. 22. ibi: *Secundum diſpoſitionem Abbatis*, cap. 24. ibi: *In Abbatis pendeat Iudicio*, cap. 25. ibi: *Hora qua prævi-derit Abbas*, cap. 23. ibi: *In arbitrio ſti Abbatis*, cap. 41. ibi: *Et in Abbatis ſit providentia, & ſic omnia temperet, & diſponat qualiter Animæ ſalventur*, cap. 51. ibi: *Niſi forte eis ab Abbate ſuo præcipiatur*, cap. 55. *Hæc autem conſideratio penes Abbatem ſit*, cap. 63. ibi: *Vel vt Abbas conſtituerit*, cap. 65. ſpecialiter notando, ibi: *Ideoque nos providemus expedire propter pacis, charitatiſque cuſtodiam in Abbatis pendere arbitrio Ordinationem Monaſterii.*

c Conſtit. antiq. cap. 2. rubr. 27.

licet inſpectis *d* Iuris apicibus, poſt mortem, vnicuique Conventui ſua reſpectivè correſpondeat ſpolii pars, quia dominium ſemper manet nomine Chriſti penes Eccleſiam; Tamen quia huiuſmodi diviſio confuſionem, & ſæpiùs diſcordias germinat, S. Congregatio reſolvit (Abbatibus, & Conventibus viciſſim conſentientibus, & ultro *e* citroque hoc ius à primo ad ſecundùm Monaſterium transferentibus) totum Spolium ad Conventum, in quo vita functus fuerit Abbas, ſeu Monachus pertinere: Proprietates autem ab Inteſtato, ex Teſtamento, aliunde ve profectitias Monaſterio cedere, cui primò fuit acquiſita poſſeſſio.

d Cap. Cum olim 2. & ibi Gloſ. verbo, *Reſtitutionem*, & Abb. num. 10 & Hoſtie num. 10. de Privileg. Gloſ. in Clem. 2. verſ. *Eccleſiarum*. Anchar. *conſ.* 353. & 425. Purpur. *conſ.* 303. Barbat. *conſ.* 20. *vol.* 3. Specul. *tit. de Stat. Monach. num.* 10. Cardin. *conſ.* 20 & 30. Navar. *Conſ. lib.* 3. *conſ.* 14. *ſub tit. de Vot. & voti redempt.*

e Vide Riccium *in Praxi for. Eccleſ. deciſ.* 38. *de Alienat. rer. Eccleſ.*

TIT. V.

De Abbate.

CAP. I.

QValis & quantus debeat eſſe Abbas ex eo conſurgit, veluti conſtitutus in opere, & verbo ſubditorum dux, & exemplar; ſuſcepit enim onus angelicis humeris formidandum. *a* Primo igitur Abbas compo-

a Divus Bernard. *ſerm.* 3. *de Advent. Domini*, & *de conſid. ad Eugenium, lib.* 1. *in princip.* vide Barboſ. *de Officio, & poteſt. Parochi, cap.* 3. cap. Cum ad Monaſterium, verbo, *Abbas*, de Stat. Monach.

nat

nat in ſe, quod in aliis viderit corrigendum; ne torpens opere, cæteros excitet voce. Primus in obſervatione Regulæ, & Conſtitutionum. Ad difficillima quæque virtutum culmina greſſus prior admoveat, vt ad ardua ſubditos deducat. Nuſquam ſibi parcat; primus ſit in aſperis, nunquam in mollibus. Omnium virtutum candore vallatus in tramitem perfectionis filios dirigat prævius. Pabulo cœleſtis Doctrinæ ſæpiùs gregem reficiat, torpentes excitet, imbecilles paternè foveat, ferventibus ignes accreſcat. Perſonarum diſcrimina à virtute ſumens æqualiter præmiet, quos virtus æquaverit. In omnibus & vbique paterna in ſuos viſcera induat. Corrigat vt Pater, puniat vt Pater, *b* & Magiſtri vicem paterno temperet ardore: vt amore potiùs, quam timore veneretur. Quærelis omnium, neceſſitatibus, anguſtiis, promptum habeat animum, & facilem ſui præbeat aditum. In infirmis fratribus *c* ſublevandis, conſolandis, & viſendis omnem ſolicitudinem, & paternum pectus effundat. Hoſpites, & pauperes pro religioſa pauperrate, & modeſtia benignè, & comitèr accipiat, vtpotè non ex ſuis, ſed ex Ieſu Chriſti bonis, quorum eſt Adminiſtrator, reficien-

b Conc. Trident. ſeſſ. 13. de Reformat. cap. 1.

c Reg. S. P. N. Benedict. cap. 36.

dos. Gregem ſibi commiſſum ſæpiſſime conſideret, vniuſcuiuſque vires, conſcientiam, naturalem, ſive conſuetudine acquiſitam indolem, animi frequentes motus: vt prævia hac ſcientia, morbidis actibus vniverſalem medelam exhibens, omnes gubernet, dirigat, & lucretur. Iis tandem excelſæ ſanctitatis, virtutum, diſcretionis, ſcientia, & prudentiæ ornamentis præfulgeat Abbas, qualem exaravit ſanctiſſimus Patriarcha noſter Benedictus, cap. 2. Reg. *d* cuius capitis idæam omnibus Abbatibus Sacra Congregatio præoculis apponit ſæpiſſimè pervolvendam.

CAP. II.

IMmenſa inſurgunt mala ex Prælatorum abſentia à ſuis Eccleſiis, qui gregi non invigilant, nec aſſiſtunt, ſed mercenariorum more, oves lupi faucibus deſerunt. Hæc circunſpiciens S. Congregatio præcipit omnibus Abbatibus, & Superioribus perſonalem, & continuam *e* reſidentiam in ſuis Monaſteriis, niſi vrgens neceſſitas, obedientia, Eccleſiæ, Religionis, Reipublicæ commodum, & honor abeſſe exigant per Dominos Præſidentes approbanda. Præter prædicta motiva conceditur Abbatibus, ſingulis Annis, ſive

d Vide etiam Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Reform. cap. 1. & Reg P.N.Bened. cap 63. & 64. & 65. in fin.

e Antiq. Conſt. quæ incip. *Quanta mala*, ædita anno 1603. fol. 49. Reſidentiam de iure Divino conſtituit Conc Trid ſeſſ. 23. de Reform. cap. 1. ibi: *Cum præcepto Divino, &c.* Navar. *in Manual. cap. 25. n. 121.* Leſius *de Iuſt. lib. 2. cap. 34. dub. 29. n.* 153. Poſcevin. *de Offic. Curat. cap. 1. n. 1.* Caiet. *2. 2. q.* 185. *art. 5.* Ric. *in Prax. for. rer. Eccleſ. reſol. 393. n. 5.* Zechius *de Mun. Epiſc. cap. 5 n. 3.* & alii innumeri quos citat, & ſequitur Garcia *de Benef. p. 1. 3. cap. 2. n. 16.* Barboſ. *in Collect. ad Conc. Trid. d. ſeſſ. cap 3. n. 3 & de Poteſt. Epiſc. part. 3. alleg. 53. n. 2.* Videnda Conſt. Pii IV. de Prælat. reſiden. quæ incipit: *In ſuprema*, ſub dat. Kal. Decembr. 1564.

ſive continue, ſive diſcrete abſentia ad ſummum trimeſtris. Quod ſi res vrgeat ad huiuſce ſpatii exceſſum, ab altero ex Dominis Præſidentibus, cauſa legitime cognita, poterit prolongari. Negligentes vero in iis Prælatos, ſine mora, Domini Præſidentes ad reſidendum compellant iuxta Sac. Conc. Trid. diſpoſitionem. *f*

f Seſſ. 5. & 23. de Reform. cap. 1.

CAP. III.

§. I.

PRiorem Clauſtralem, Abbates, aut ipſi ſoli, aut cum conſenſu Capituli (ſecundum Monaſteriorum conſuetudinem) eligant ſeniorem, ex legitimo matrimonio procreatum, prudentem, religioſum, & expertum, *g* qui præceteris poſt Abbatem, potens ſit opere, & ſermone; cuius iuriſdictio ſolum in iis, quæ Clauſtrum, & diſciplinam regulärem concernunt, conſiſtet. Priores verò Conventuales eligant Monaſteria citiſſimè, ne viduata Eccleſia, interim, omni deſtituatur regimine.

g Bulla Clement. VIII. cap 13. antiq. Conſt. cap. 1. rub. 10. de Priore Clauſtrali, & Conventuali, & de differẽtia inter vtrumque agit Clem. cum ad Monaſterium, §. Prior, de Stat. Monach. Clem. ne in agro, §. Cæterum eod. cap. Niſi eſſent. de Præbendis, cap. Scriptum, de Electionibus, cap. Nullam 18. quæſt. 2. Rebuf. *in Prax. tit. Regu. beneficia multiplicia, n.* 4. & 5. Gonzales *ad reg.* 8. Cancel. *gloſ.* 8. *num.* 113. & 114. qui citat. Ioan. Selvam, *de Benef. part.* 1. *quæſt.* 2. *à num* 78. plures citat de hac materia DD. Barb. *de Iur. Eccleſ. vniverſ. lib.* 1. *cap.* 31. *à num.* 10. Priores electi Abbatia vacante æquiparantur Conventualibus, quia eandem extra, & intra Clauſtra Iuriſdictionem habent ordinariam, quam Abbas. Clauſtralis autem Prioris Iuriſdictio, infra Clauſtri comprimitur limites, ex DD. citatis.

§. II.

NVllus Abbas, aliusve Ordinarius pro corrigendis, & puniendis Monachis deleget vices suas Secularibus Clericis; aliàs processus, & quæcunque alia inde sequuta nullius *b* sint momenti.

b Antiq. Constit. cap. 9. rub. 10.

TIT. VI.

De Præsidentibus, & eorum Iurisdictione.

CAP. I.

a Antiq. Constit. cap. 1. rub. 8. de Iurisd. Præsid. reformatur hic, & reducitur ad terminum Iuris communis, & ad modificationem, cap. 10. Bullæ Clem. VIII.

QVia totius S. Congregationis gubernatio, *a* vniversaliorem postulat Iurisdictionem præter eam, quam Abbates, & eorum vices gerentes, aut Abbatia vacante, Priores à Conventu electi, ordinariam, & immediatam, pleno iure, in sua, respective, Monasteria exercent: Dominorum Præsidentium latiori decoranda erat regimine, vt in omnia membra, Iustitiæ, Charitatis, Pietatis, ac Religionis vitales spiritus diffunderentur. Hinc antiquissima, immemorialis, & laudabilis illa dispositio hucusque protracta: Sanctissimam nostram Congregationem tribus Præsidentibus subjici, ex quibus, vnitate regiminis, unicum senis decorum oculis consurge-

surgeret caput, & Monarchica potestas: vt indivisa iurisdictio discordiam, & confusionē pelleret: & multiplicata perspicacitas per omnes Religionis partes diffusa, activius influeret dominium. Hanc igitur gubernandi præscriptam normam renovans Sanct. Congregatio statuit: tres in Capitulo Generali eligendos Abbates pro quolibet triennio Præsidentes, duos *b* ex Cathalonia, tertium ex Regno Aragonum. Quorum omnium electio Canonicè celebranda erit iuxta formam infra tit. de Capitulo Generali cap. 4. definiendam.

b In Antiq. Constit. rub. 5.

CAP. II.

IN passivam electionem concurrant solum Abbates Titulares, ex legitimo thoro nati, & qui per triennium à Præsidentia quieverunt. Qui illo triennio visitavit Abbas, recte concutrit. Enim verò si hic temporis luctuosus acciderit status, vt diminuto adeò Abbatum numero, electioni inter eos non esset locus, Monachis *a* suppleatur.

a Cap. 7. rubr. 5. in antiq. Const.

CAP. III.

SI in Cathalonia vtriusque Præsidentis contigerit mors, S. Congregatio providens

dens communi Religionis bono, definit: munus Præsidentiæ, ad Generale vsque proximum Capitulum, recasurum semper in Abbatem Dacanum, *b* & Antiquiorem à die possessionis Abbatiæ, qui eadem emineat potestate, facultate, & iurisdictione, relegato omni discrimine, tam in se, quam in delegando, ac si electus esset in Generali Congregatione. Idem in Aragonum Regno, emortuo eius Præsidente, statuit obseruandum; vt ei subrogetur Antiquior eius Prouinciæ Abbas.

b In Const. ad evitanda 3. ædita anno 1600. fol. 49.

CAP. IV.

§. I.

VT deinceps vtraque, & ordinaria, & Dominorum Præsidentium iurisdictio infra proprios limites contineatur, S. Congregatio Præsidentium potestatem sequentibus sanctionibus duxit declarandam. Trium Dominorum Præsidentium individua, eadem, æqualiterque in solidum vna erit in omnibus, & in vnoquoque iurisdictio in omnes Conventus S. Congregationis tam virorum, quam fœminarum præter in propria Monasteria, (in his enim solam ordinariam iurisdictionem exercere poterunt vti Abbates)

deo

deo erit locus præventioni Iudicii, sive Præsidens Aragonum sit, sive Cathaloniæ: vt liberum sit Monachis vtriusque Provinciæ, quē primo elegerint in suo casu Iudicem, adire.

§. II.

ET primo quidem Domini Præsidentes erunt Iudices omnium causarum per viam Appellationis, sive à definitiva, sive ab interlocutoria, *c* continente gravamen, quod per definitivam reparari non possit, & in casibus à iure non prohibitis. *d* Recepta appellatione inhibitoriæ literæ non concedantur nisi cum *e* inscriptione, aut sententiæ, aut gravaminis quod per definitivam reparari non possit.

§. III.

LIcet autem iuris naturalis sit appellatio; sæpiùs sub necessariæ defensionis titulo inobedientia, & relaxatio *f* fulcitur, & arma iniquitati ministrantur. Ideo in Criminalibus, & Regularibus correctionibus raro (vt in notoria iniuria, & gravamine) Domini Præsidentes appellantem admittant. Audiant tamen semper Monachum per viam sim-

c Conc. Trid. sess. 13. de Reform. c. 1.

d Vt verus contumax, L. 1. Cod. Quor. appel. non recip. L. Ex consensu 23. §. fin. ff. de Appel. Scac. *de Appel. quæst. 17. limit. 3 n. 4.* Confessus sponte, & simul convictus, Maran. *in Spec. de Appel. part. 6. cap. 2. num. 292.* In notoriis, cap. Cum sit, cap. Pervenit cap. Consulvit, de Appel. Ioan. à Capist. in cap. Vestra, de cohabitatione Cleric. n. 55. *in crimine falsæ monetæ*, L. 1. Cod. de Fal. mon. *læsa Maiestatis*, L. Constitutiones, ff. da Appell. *In crimine Hæresis*, c. Vt Inquisitionis, de Hæreticis in 6. *Raptus virginis*, L. Vnica, §. Si autem, Cod. de Rap. virg. *Officialis Iudicis in Syndicatu cõdemnati*, L Nulli, Cod. Quorum appel. non recip. Azevedo, *lib.* 12. *n.* 2. *tit.* 15. *lib.* 3. Farinac. *in Prax. crim. quæst.* 101. *n.* 89. vbi agit de disciplinæ regularis correctione, de qua non datur appel. & idem Farinac. 2. *part. tom.* 1. *tit. de var. & diver. quæst. quæst.* 101. *cap.* 1. *per tot.*

e Vide Decretum Sac. Congregationis Cardin. apud Barb. in Collectan. ad Concil. Trid. sess. 13. de Reformat. cap. 1. à num. 14.

f Non licere Religiosis appellare tenent cap. Ad nostra 3. de appellat cap. Reprehensibilis

eod. Soto *de Iustitia, lib.5. q.6. art.3.* Miran. *in Manual. Prælat. q. 30. art.5. concl.3.* Covar. *in Pract. cap.23. n.6. vers.8.* Salg. *de Reg. protect. part.1. cap. 2. §.5. n.16.* Suarez *de Relig. tom.4. lib.2. cap.11. à n.2.* Fr. Ios. de Santa Maria *in tract. Relig. tract. 5. cap.10. §. 1. & 11. §.2.* Aldre. *de Relig. disciplina tuen. lib.2. cap.28. n.6. & n.20.* Div. Bernard. *lib. 3. de Consid. ad Eugen.* In oppositum, vide Navar. *cons.4. lib.2. tit. de Appellat.*

simplicis *g* quærelæ, & supplicationis recurrentem.

g Simplex recursus non impedit executionem, quæ est differentia eius ab appellatione, Lancel. *de Attent. part. 2. cap. 19. à n.16.* Salg. *de Reg. protectione, part.4. cap. 3. à num.237.* Barb. *in Collect. ad cap. Ex litteris, n. 7. de integr. restit.* Nec est contra ius naturale, vide Abbas *in cap. Pastoralis, n.12. de Appellat.* Felin. *in cap. Cum inter, n. 8. de Except.* Covar. *in Pract. cap. 23. n. 3.* Suarez *d. cap.11. n.4. in fin.* & Docte P. Ios. à Sancta Maria. *dict. tract. 5. cap.11. §. 2.* ibi: *Contra loque.*

§. IV.

ADmissa appellatione plena erit Dominis Præsidentibus facultas cognoscendi, inhibendi, prohibendi, præcipiendi, incarcerandi, terminandi, definiendi, exequendi, aliorumque actuum ad Iudices ad quem spectantium, non solum pro huiusce causis; sed etiam pro aliis ex eisdem provenientibus, & emergentibus.

CAP. V.

VT vndequaque gravamina expellantur, iustitiaque fulgeat S. Congregatio permittit Monacho (eo modo quo dictum est) *h* gravato, non solum in secunda instantia, ad quem maluerit Dominum Præsidentem appellare (qui solus iudicium finire poterit) verum in tertia, alium quem voluerit supplicare; Quo in iudicio si Præses Gotholanus sit, duobus adiunctis Abbatibus de suo, & eorum voto sententiam promul-

h Cap. 4. huius tit. §.2.

mulget. Si verò Aragonum sit Præsidens, ob casualem Abbatum inopiam, adscitis duobus Monachis distincti, à suo, Monasterii, coniudicibus, definiat; Nec vltra (si succumbat appellans) audiatur; iustissimum enim censetur, quod terno *i* firmatur decreto. Vtraque tamen, & secundæ, & tertiæ instantiæ causa summatim (præcipue si contingat reum, & actorem Monachos esse) definiatur.

i Cap. Tua nobis 65. de Appel. L. 1. Cod. Ne liceat in vna eademque, &c.

CAP. VI.

IN causis criminalibus, tam coram Ordinario, quam coram Dominis Præsidentibus assumatur Secretarius *k* Monachus, ne secularibus pateant Religiosorum infirmitates, & vulnera. Reus autem à suo Ordinario condemnatus, ne appellationis, seu supplicationis remedio infra tempus destituatur, requirere poterit quem voluerit Monachum, vt recursum ordinario notificet, qui si requisitus renuerit, à Dominis Præsidentibus puniatur; cui notificationi ea adhibeatur fides, ac si per Notarium Regium, seu Apostolicum fuerit consignata.

k Bulla Clemen. VIII. cap. 12. §. In causis Religios. antiq. Const. cap. 8, rub. 10.

CAP. VII.

MOnacho incarcerato Ordinarius infra tres dies integros ab ingressu carceris,

cauſam incarcerationis intimare, & notificare debet; aliàs eo elapſo termino, Reo vt verè gravato liber, & ſecurus erit recurſus.

CAP. VIII.

PRæterea Dominorum Præſidentium erit Iudicium in prima inſtantia cauſarum civilium inter Ordinarios, & eorum ſubditos emergentium: cum nemo ſuæ cauſæ Iudex conſtituatur. Quod ſi in lite de intereſſe Præſidentis agatur, ad alium ex Compræſidentibus ſpectabit cauſæ cognitio.

CAP. IX.

l Bulla Clement. VIII. cap. 10. vide modificationē huius capitis quo ad iuriſdictionē Præſidentium.

DEinde negligentias Abbatum, *l* & aliorum Ordinariorum erga diſciplinam regularem, Conſtitutionum obſervantiam, libertates frænandas, & delicta punienda (præſertim læſa parte inſtante,) Domini Præſidentes ſuppleant, vt Sedis Apoſtolicæ Delegati. *m* Primò igitur moneatur bis Ordinarius de negligentia; Et ſi vltra omiſſio protrahatur, Præſidentes in prima inſtancia, & iuſtitiam exerceant, & opportuna applicent remedia. Vigilantiſſimos in ſupplendo regimine immemorum ſui officii Prælatorum commendat S. Congregatio Dominos Præſi-

m Vide Decretum Clem. VIII. ſuper Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. cap. 14. apud Quar. verſ. *Exemptio.*

den-

dentes; Hinc enim totius disciplinæ Monasticæ desolatio erumpit.

CAP. X.

SI scandalosis, vel publicis, aut atrocioribus criminibus (quod Deus avertat) nomen Abbatiale delatum fuerit, Domini Præsidentes erunt Iudices in prima instantia: qui rite, maturè, & rectè iuxta sacrorum Canonum sanctiones in Prælatos scandalosè viventes, & gravissime delinquentes, sententiam proferant. Sed in re tam ardua, vt providentius procedatur, statuit S. Congregatio, quod huiusmodi causas incipiant, & definiant Domini Præsidentes de consilio Sacræ Iuntæ. Appellationis autem adminiculum in secunda & tertia instantia Abbates habeant, sicut supra in favorem Monachorum dispositum est.

CAP. XI.

AD Dominos Præsidentes spectabit visitare extraordinariè omnia Monasteria Congregationis. Quia autem huiusmodi Visitationibus sæpiùs Conventuum decus devenustatur, non iisdem vtantur, nisi consulto Sacro Definitorio, & quoties effectum

Ctum vrgentiſſimũ cauſa viſitandi expetierit: ſcilicet, ſi cõmunis Monaſterii pax fuerit perturbata: aut plus iuſto Abbates in Monachos ſevierint, vel iniquis gravaverint oneribus; aut è contra, tantũ inobedientiæ,& ſuperbiæ venenũ per corda Monachorum ſerpſerit, vt nec ſuperioris poteſtas, nec auctoritas eos iuxta diſciplinam regularẽ coercere, ſufficiat.

CAP. XII.

POterunt Domini Præſidentes in cauſis civilibus, & particularibus, aut aliàs parvi momenti, Abbati, *n* vel Monacho iuriſdictionẽ ſuam delegare. Plenam verò, & omnimodam iuriſdictionẽ ad vniverſale regimen Congregationis, ſeu ad cauſas graviores, & criminales, ſolis Abbatibus committere valebunt. Secularibus autẽ Clericis quavis dignitate præſtantibus nunquã delegare *o* poſſint.

n Bulla. Clem. VIII. cap. 10. circa medium.

o Antiq. Conſtit. cap. 9. ſub. 10.

TIT. VII.

De ſacro Definitorio, ſeu de ſacra Iunta.

CAP. I.

§. I.

INfra triennium plura accidere ſolent, arduum implicantia iudicium, & ſolidiorem

expe-

expetentia definitionē. Ideo S. Congregatio decernit quod in quolibet Capitulo Generali aſſignētur pro futuro triennio quatuor Abbates, & *a* octo Monachi, prudentia, & doctrina præditi, qui cum aliis Abbatibus inſtitutis, & electis, Prioribus de Mayà, & Collegii Illerden. Procuratore Religionis, & Magiſtro Novitiorum (dum præſentes erunt Barchinone) vti Conſultores conſtituant ſacrum Definitorium, ſeu vulgò dictam *Sacram Iuntam*, quorum omnium deciſiva erunt ſuffragia.

a Hoc Definitorium, quo vſa eſt ab antiquiſſimo tēpore S. Congregatio ſunt Viſitatores illi, ſeu Definitores quos eligendos decrevit Clemen. VIII. cap. 7. & de quibus mentionem facit, cap. 10. circa medium, vide modificationem ad dictum, cap. 7.

§. II.

HOs igitur Domini Præſidentes de cauſis gravioribus veluti criminalibus contra Abbates, de Viſitationibus extraordinariis, & de aliis communem ſtatum, publicam vtilitatem, inſtaurationem, conſervationem, tuitionem, & reformationem Religionis concernentibus, ex officio convocare, & conſulere teneantur. Convocationē exequatur de mandato Domini Præſidentis convocantis Procurator Fiſcalis ſacræ Congregationis, in Capitulo Monaſterii ſancti Pauli de Campo; aut ſi commodius ſit, domi Præſidentis, qui convocaverit. Quod maior pars

defi-

definierit, firmum, & ratum maneat, & à Secretario Religionis (inter Monachos *b* Definitores à Domino Præsidente eligendo) in libro communi Congregationis conscribatur. Nullum tamen sit Definitorium,& nullius valoris resolutio, si in Concilio præter alterum ex Dominis Præsidentibus, sex saltim consulentes non adfuerint.

b Bulla Clemen. VIII. cap. 10. infra medium.

CAP. II.

CVm in negotiis celerrimum præstolantes exitum, minor senario numerus Consultorum Barchinone præsentium, intempestivum posset adferre decretum (expectato absentium adventu) S. Congregatio resolvit, quod in locum duodecim Consultorum, in Capitulo Generali electorum, quos infra triennium, vel è vita migrasse, vel longè in suis Monasteriis residere contigerit, vt commodè evocari non possint, Domini Præsidentes alios subrogent. Præsentibus autem principalibus, locum non habeant in Definitorio subrogati.

CAP. III.

IVramentum de non revelando exquirant Domini Præsidentes ab omnibus principali-

palibus,& ſubrogatis. Quod ſi quis de perjurio convictus fuerit, ſive Abbas (niſi in perſonam Præſidentis caſus ceciderit) ſive Monachus, à Definitorio in perpetuum excludatur.

TIT. VIII.

De Viſitatoribus.

CAP. I.

§. I.

VIſitatorũ nominatio *a* pro futuro triennio celebranda erit in Capitulo Generali, Canonica, ſecreta, per ſchedulas, & in omnibus par Præſidentium electionibus, vt infra *tit. de Capitulo Generali* ſtatuitur. Officia Viſitatoris, & Præſidentis in eandẽ perſonam pro eodem triennio non concurrant; poterit tamen qui functus eſt Præſidentis, immediatè, & Viſitatoris munere decorari.

a Clemen. VIII. cap. 11. quod modificatur ad formam antiquiſſimam, & laudabilem Conſtitutionum, & quæ hic renovatur.

§. II.

QVaterni erunt Viſitatores *b* Abbas ſcilicet Viſitator, Convisitator Monachus ex Cathalonia, pro eiuſdem Conventibus: Viſitator Abbas, & Convisitator Monachus ex Monaſteriis Aragonum, pro hoc Regno,

b Antiq. Conſt. cap. 1. rub. 9.

&

& Navarræ. Deficientibus Abbatibus, ad Officiū Visitatoris Monachi *c* concurrant. Convisitatore mortuo Gotholano, aut aliàs impedito, Præsidentes Cathaloniæ aliū subrogent eiusdem Provinciæ Monachum; Defuncto verò Visitatore, vel impedito, iidem Domini Præsidentes Abbatem Gotholanum designēt, vel ipsimet munus suppleant. Idem omnino observet Aragonum Præsidens respectivè pro eius Regno & Navarræ Monasteriis; & in hac specie tantum dividua erit Præsidentium Cathaloniæ, & Aragonum iurisdictio. In Visitationibus tamen extraordinariis, indivisè, qui primo interpellatus fuerit opportunum remedium de Consilio Definitorii applicet.

c Antiq. Const. cap. 7. rub 5.

§. III.

MOnasterium visitet Convisitator solus, cui Visitator præest, & hic è contra, illud, de cuius Monachorum numero Convisitator est assumptus.

CAP. II.

QVam in suos Monachos Ordinarius, & Præsidentes in Abbates, eandem *d* in actu Visitationis exercere posse iurisdictionem Visitatores, vt Sedis Apostolicæ Delegatos

d Concil. Trid. sess. 25. de Regul. cap. 8. antiq. Const. cap. 2. rub. 9.

gatos declarat S. Congregatio. Itaque poterunt statuere, corrigere, emendare, incarcerare, suspendere, fructus sequestrare, privare, & alias, quæ Ordinarius infligere pœnas. Atverò scopus visitationis erit pravos mores corrigere, disciplinam regularem restaurare, cùm spiritualia, tum bona temporalia Conventuum firmare, Regulæ, & Constitutionum observantiam tueri, Prælatorum negligentias supplere, excessusve reprimere, & pacem tandem, vnionem, & charitatem toto affectu commendare.

CAP. III.

CVm autem visitationis fructus potius sit commendatio, quam punitio, & Pastoris officium *e* quam Iudicis, statuit S. Congregatio: quod si per interrogationes de occulto Religiosi delicto notitia habeatur, secretè Visitatores Monachum corrigant ad culpæ modum. Ad instantiam vero partis iustitiam exposcentis denuntiato crimine; vel aliàs in causa civili, si iudicium altiorem petat discussionem: ad Ordinarium (nisi opponatur exceptio de negligentia) remittant. Notoria tamen delicta extraiudicialiter *f* absque processu celerrimè compescant: à qui-

e Cap. Inquisitionibus, de Accusationibus.

f Paul. Bert. Lucas *in Pract. crim. Regul. tit.* 9. Ioan. à Capistr. *in cap. Tua nos, de cohab. Cleric. num.* 3. 10. & 13. Lud. Miran. *in Pract. crim. quæst.* 3. *art.* 1. *conclus.* 2.

bus Visitatorum decretis extraiudicialiter g factis, vel quæ morum correctionem, & regularem *h* aspiciunt disciplinam, aut ad bonum commune Conventus pertinent, non admittatur quo ad effectum suspensivum Appellatio: præterquam in specie privationis Officii *i* seu Beneficii, vel vbi compilato processu, & formato iudicio sententia prolata fuerit: Nam quoties ad pœnam ordinariam deveniendum erit, & quæ meram potius punitionem delicti respicit, quam morum emendationem; non ita indistincte *k* possunt Visitatores procedere.

g Thom. Velasq. *Alleg. Iurium, t. 1. alleg. 70. n. 5.* Scac. *de Appel. q. 17. lim. 26. n. 2.* Barb. *in Collect. ad Concil. Trid. sess. 24. de Reform. c. 10 n. 1. & 2. & de Potest. Episc. part. 3. alleg. 73. n. 32.* Gonz. *ad reg. 8. Canc. glos. 9. in Annot. n. 26.* Salg. *de Reg. protect. par. 2. c. 13. n. 1. & 187.* & attentata non causat, Scac. *de Appell. quæst. 2. n. 35. vers. Secus est.*

h Conc. Trid. sess. 24. de Reform. cap. 10. cap. Reprehensibilis 26. cap. de Priore 31. cap. Cum speciali, §. Porro, de Appell. Barb. *d. alleg. 73. n. 32. & de Iur. Ecclesiast. tom. 1. cap. 14. n. 34.* Leo *Thes. for. Eccles. part. 2. cap. 31. n. 21.*

i Barb. *in Collect. ad Conc. Trid. sess. 13. de Reform. cap. 1. n. 12.* Thes. *For. Eccles. d. cap. 31. n. 21.*

k Barb. *dict. alleg. 73. num. 30.* vide quæ notantur à DD. ad cap. Reprehensibilis, de Appell. & quæ tradit Pass. *in Schol. ad cap. Barchinonens. tit. de Relig. recurren. & appellan. num. 19.* & Peyrin. *de Sub. Relig. tom. 1. cap. 20.*

CAP. IV.

SVb pena à Iure sancita *l* nihil recipiant Visitatores à Conventibus præter procurationem in signum subiectionis Ecclesiarum, & pro sumptibus faciendis. Secretarius autem Monachus (à Visitatore nominandus, & in cuius posse iurare debet fidelitatem in exequendo huiusmodi Officio) pro actorum copia consuetum, *m* salarium accipere poterit. Victum ministret Conventus visitan-

l In cap. Exigit, de Censibus, lib. 6. quã renovat Conc. Trid. sess. 24. de Refor. c. 3. Bened. XII. in cap. de Visitat. Barb. *part. 3 de Potest. Episc. alleg. 73. n. 44.* Thes. *For. Eccles. 2. p. c. 31. n. 33.* vide Navar. *lib. 3. Const. tit. de Consec. Eccl. cõs. 11. per tot.*

m Barb. *d. alleg. 73. num. 41.*

tandus, quamdiu in eo Visitatores manserint. Citissimè se expediant Visitatores (debita tamen adhibita diligentia) ne nimia festinatio negligentiam generet. Modesto famulatu, *n* & equitatu septeno sint contenti. Nec ipsi, nec famuli graves, & onerosi sint visitandis; sed religiosæ modestiæ proferant exemplum. Infra trienium omnia Monasteria virorum, & Monialium semel visitanda sunt. Modum vero peragendæ Visitationis in calce Regulæ S. P. N. Bened. descriptum renovat S. Congregatio, & eam quæ in Constitutionibus Monialium pro earum Monasteriis irradiat formam.

n Antiq. Constit. cap 1. rubr. 9.

TIT. IX.

De celebratione Generalis Capituli.

CAP. I.

SVmmorum Pontificũ observatrix *a* decretorum S. Congregatio, ex omnibus Monasteriis virorum, & fœminarum Provinciæ Cathaloniæ, Aragonum, Navarræ, & Maioricæ Regnis coalescens, singulis triennii in vnum redacta, Capitula Generalia ab immemoriali tempore celebravit die tertia

a Cap. In singulis, de Stat. Monach. Bened. XII. cap 1. Clem. VIII. cap. 7. modificato per Visitatores Apostolic. ad formam antiq. Const. à cap. 1 ad 8. rubr. de Capit. Provinc.

Maii; Quod inviolabiliter in posterum observandum renovat, & statuit tanquam apprimè necessarium ad priscum regulæ ardorem, & instaurandum, & conservandum.

CAP. II.

IN fine triennii Domini Præsidentes Cathaloniæ, & Aragonum certiores ad invicem fiant de Generali Capitulo celebrando, & vterque suos, suæque Provinciæ Abbates, & Conventus convocatoriis literis, vt personaliter adsint die præfixa tertia Maii, moneant. Vt autem accessus minori fiat dispendio (circunspecta Provinciarum distantia, & convocandorũ superexcedente numero) decernit S. Congregatio: Capitulum Generale duobus trienniis celebrandum fore in Cathalonia, Barchinone in Monasterio sancti Pauli de Campo; Tertium verò Hoscæ in Aragonum Regno. Enim vero si accidentia temporum ad prædictas Civitates frustraverint accessum, commodiora eligantur à Dominis Præsidentibus loca, infra tamen eam, ad quam pro illo triennio spectaverit Provinciam.

CAP. III.

GEnerali Capitulo personaliter intersint sequentes: tres Domini Præsidentes,

Abba-

Abbates omnes, ſingulorum Conventuum tam virorum, quam mulierū Procurator Monachus, Conviſitator peracti triennii, Priores ſanctæ Mariæ de Mayà, Collegii, & Magiſter Novitiatus Religionis. Abſens *b* dupli eius ſumptus, quem adveniendo pro ſua qualitate conſumpſiſſet, à Dominis Præſidentibus condemnetur ſtatim, omni appellatione remota exequendi, & Religionis ærario applicandi; Niſi ea cauſa intercedat, quam graviſſimam, & legitimam generale Capitulum exiſtimaverit; Quo caſu abſens Monachum Procuratorem, cum poteſtate cauſam abſentiæ continente, & iurandi facultatem, ratam huiuſmodi eſſe, remittat.

b Antiq. Conſt. cap. 1. rubr. 5.

CAP. IV.

§. I.

IDem duorum *c* Abbatum, Conventuum, ſive virorum, ſive Monialium Procurator conſtitutus non admittatur; ſed ſinguli ſingula ferant mandata: vt ſuffragiorum altiore numero, & Congregatio ſit illuſtrior, & decreta firmiora. Mandatum cum clauſula *d* diſſentiendi, contradicendi, appellandi, vel proteſtandi à definitis per maiorem Capituli

c Antiq. Conſtit. cap. 6. rubr. 5. reformatur.

d Antiq. Conſtit. cap. 8. rubr. 5.

tuli partem, relegentur. Itaque in Generali Capitulo ante omnia eligantur Abbas,& duo Monachi, vnus ex Cathalonia, alter ex Aragonum Monasteriis, qui exactè omnium scrutantes mandata, & legitima approbent,& defectuosa repellant,

§. II.

SImiliter supplicationes, seu petitiones omnes in scriptis, quibus pro administratione iustitiæ, seu aliàs, generalis Congregationis, vt Iudicis supremi imploratur officium, non prius à Secretario publice legantur,quin approbatæ fuerint per tres Examinatores à Capitulo creandos, Abbatem scilicet, & vtriusque Provinciæ Monachum.

CAP. V.

§. I.

PRima totius Generalis Capituli solicitudo sita erit in eligendis pro illo triennio Præsidentibus, quorum virtute, doctrina, experientia, zelo, & prudentia, Religio respiret, regularis disciplina polleat, & commune bonum vegetiora sugat virtutum incrementa. Hæc electio celebrabitur sigillatim de vnoquoque Præsidentium canonicè

nicè per ſchedulas, & vota ſecreta. Quem ex toto ſuffragiorum numero, plus duæ partes proſequentur, ritè, & legitimè electum in Præſidentem declarat S. Congregatio. Toties autem repetantur ſuffragia, nec liceat Capitulum prorogare, donec canonicè ad formam præſcriptam trium Præſidentium electio ſortiatur.

§. II.

SImiliter quatuor Viſitatorum nominatio ad Capitulum Generale ſpectabit, quæ etiam erit canonica ſecreta per ſchedulas, ſigillatim, & in omnibus par electioni Præſidentium iuxta ſeriem infra exprimendam.

CAP. VI.

PEr Gradus Dignitatum *e* diſcretus proportionabiliter perſonarum ordo, ad exemplar triumphantis Hieruſalem, pulſa confuſione rutilat. Quare ſtatuit ſacra Congregatio, quod in Capitulo Generali, & in aliis per annum peculiaribus Congregationibus ordo ſedendi inter Abbates ſumatur ab antiquitate poſſeſſionis Abbatiæ. Tres igitur Domini Præſidentes licet (inſpecto quod incorporeum, & iuriſdictionis eſt) indiviſum conſtituant Congregationis caput;

e Antiq. Conſtit. cap. 4. rub. 5.

iuxta

iuxta tamen præfatam antiquitatem ſedeant. Itaque à fronte Aulæ, vbi Generale Capitulum celebratur, terna æqualiter collocentur ſedilia; mediam occupet Præſidentium antiquior (qui ſolus proponat conſultis Compræſidentibus, & functiones exerceat) dexteram antiquitate ſecundus, vltimam occuper Præſidentium tertius. Cis & citra currat ad longum bina Abbatum ſeries, diſcretè, iuxta eandem antiquitatem. Vltimum ſequatur Abbatem à dextris Prior de Mayà & Conviſitator; à ſiniſtris Collegii Illerden. Prior, & Novitiorum Magiſter. Subſequantur Priores Sede vacante Abbatiali; Deinde Procuratores Prælatorum abſentium ſecundum antiquitatem præfatam principalium ſuorum. Inter cæteros autem nulla conſtituitur graduatio.

CAP. VII.

§. I.

ANtiquiſſimam ſeriem rerum, in Capitulo Generali peragendarum, vt in futurum tranſcurrat, S. Congregatio renovat, & ſequentium thenore coordinat. Mane die ſanctæ Crucis Maii, convenientibus ſimul

mul Dominis Præsidentibus, & cæteris Capitularibus ad locum assignatum pro celebratione Generalis Capituli, ordine supra expresso, dispositis, Monachus Martyrologium eius diei cantet: Præsidens antiquior *Prætiosam* de more persolvat: Deinde Caput vnicum tùm Reg. S.P.N. Bened. & Const. cùm in fine nomina omnium Abbatum, Monachorum, & Monialium Congregationis per triennium defunctorum, idem Monachus recenseat. Ad Hæc Præsidens addat *animæ eorum, & animæ, &c.* & adiuncto Psalm. *De profundis*, solitam absolutionem perficiat.

§. III.

POstea, sedentibus omnibus, Defunctorum memoriam commendet Præsidens: omnibus Presbyteris iubeat tres Missas pro Defunctis celebrare, iunioribus Psalterium Davidis, & conversis terna recitare Rosaria; Quod quidem quisque Capitularium suo Conventui renuntiet. Commendet etiam Summum Pontificem, Cardinales, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Antistites, cæteraſque Religionis (præsertim hanc sacram Congregationem) Regem nostrum Catholicum totius Congregationis Patronum, Reginam cum Regia Prole, & exercitu suo, Principes,

& reliquos benefactores, iniungens devoto, & eleganti sermone, vt in omnium sacrificiis, & orationibus tam publicis quam privatis specialiter persistat pia illorum memoria.

§. III.

SEquitur electio Secretarii Capituli Generalis, qui iuramentum præstet de fidelitate obseruanda in Officii exercitio: Item, Examinatorum mandatorum, & supplicationum nominatio, vt statutum est supra *cap.* 4. *huius tituli.* Hæ Electiones fiant proponente Præsidente personas, & maiori parte Capituli approbante.

§. IV.

PRocessionaliter inde, & intonantes Hymnum: *Veni creator spiritus*, accedant ad Ecclesiam. Ad Altare maius sistant Domini Præsidentes, quorum antiquior Hymnum terminet, vers. *Emitte nobis Domine, &c.* Resp. *Vt renovetur, &c.* vers. *Salvos fac servos, &c.* Resp. *Deus meus, &c.* vers. *Domine exaudi, &c.* Resp. *Et clamor meus, &c.* vers. *Dominus vobiscum, &c.* Oremus: *Deus qui corda fidelium, &c. Actiones nostras quæsumus Domine, &c. Concede nos famulos tuos, &c. Intercessio nos quæsumus Domine, &c.* Et inmediate Pontificalibus insigniis decoratus solemnẽ de sancta Cruce Missam

ſam celebret antiquior Præſidens, & Evangelium exponat Abbas ad hoc retro acto triennio deputatus. Perfuncto Officio in Capitulo iterum congregati ad certam poſt meridiem horam fiat pro futura ſeſſione prorogatio.

§. V.

HOra præfixa Generalis Congregatio electioni trium Præſidentium incumbat. Secretarius ſchedulas, in quibus ſua manu deſcripta ſint omnium concurrentium nomina inter Capitulares dividat. Vota ſigillatim in vno ex duobus Scyphis ſupra menſam coram Dominis Præſidentibus appoſitam; reſiduæ vero ſchedulæ in alio, deponantur: quæ ſive electio ſequuta fuerit, ſive non, ſemper comburantur. Toties repetantur ſuffragia donec canonica eluceſcat electio. Primus eligatur Præſidens Gotholanus, ſecundus Aragonum, tertius Compreſidens Cathaloniæ. Celebratam electionem ſtatim publicabit Præſidens antiquior triennii præteriti per hæc verba: *Ego N. nomine meo, & meorum Collegarum, cæterorumque eligentium, eligo & pronuntio in Præſidentes noſtræ ſacræ Congregationis, pro futuro triennio N. N. & N. in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.* Ad hæc novi Præſidentes coram antiquis pauliſper

inclinati iurent benè, fidelitèr, & vigilantèr Officium, & munus fore executuros; & ſtatim occupent ſedes antiquorum Præſidentium: qui primi, deinde Abbates nomine proprio, & Capitulares ſuorũ principalium, ſtantes coram electis, ordinatè, & ſigillatim iurent eis fidelitatem, & obedientiam iuxta ſacras Conſtitutiones. Poſteà in gratiarum actionem Hynum: *Te Deum laudamus, &c.* concinnentes procedant ad Eccleſiam. Ad Altare maius ſiſtant electi Præſidentes, & antiqui: quorum antiquior triennii tranſacti dicat. *Oremus: Deus cuius miſericordiæ, &c* & alias orationes vt in fine Regulæ. Tandem omnes Capitulares oſculo pacis, & filialis charitatis amplexu electos proſequãtur Præſidentes, & prorrogetur Capitulum.

§. VI.

SEcundus ex antiquis Præſidentibus Miſſam de Beata Virgine Maria ſecunda die, & tertia ternus pro defunctis fratribus Anniverſarium ſolemniter ac Pontificalibus inſigniti celebrent. Sua conſonet vtrique diei concio. Præter hos tres dies præfixus non eſt terminus diuturnitati celebrandi Generale Capitulum, ſed iuxta confluentium quantitatem, & qualitatem rerum protrahatur,

vt providerint Domini Præsidentes.

§. VII.

POst Præsidentium igitur electionem matutinis, & vespertinis sessionibus Secretarius Capituli legat alta voce Visitationes vltimi triennii. Pandant compendiosè Visitatores sub vna quaque statum Monasterii, de quo est sermo: Capitulum aut approbet, aut inmutet, æquitate ductrice, & Secretarius in calce Visitationis decretum adjiciat. Item Memorialia omnia legantur: clariora definiat Capitulum; ardua vero tum iuris apices implicantia, cùm partis probationem exposcentia, sacro Definitorio remittant. Sub quavis supplicatione, quid de ea sancitum fuerit scribat Secretarius. Deinde de disciplina Regulari, de perfectionis Monasticæ incremento, de Constitutionum observantia, & de aliis ad commune Religionis commodum agatur: vt firmissimis decretis munita S. Congregatio priscum præseferat ad Dei gloriam splendorem.

§. VIII.

VIsitatores triennii currentis in vna ex sessionibus eligantur secretè, schedulis, & canonice ad formam creationis Præsidentium. Prima electio erit Visitatoris Cathaloniæ.

loniæ. Secunda Aragonum: inter Conviſitatores idem ſit ordo. Cum autem non ſolum Capitulares, ſed etiam omnes Monachi Preſbyteri vtriuſque Provinciæ (aliàs canonicè non impediti) in Conviſitatoris officium concurrant, immenſum penè laborem pareret, & ſæpius confuſionem, ſi à Secretario ſeriatim omnium nomina ſchedulis pro ſuffragiis ferendis deſcribenda eſſent; Ideò placuit S. Congregationi, vt quiſque Capitularium poſſit eius, quem in Conviſitatorem elegerit nomen, ſua manu in ſchedula deſignare. Viſitatores quatuor quam primo electi fuerint iurent coram Dominis Præſidentibus, fideliter hoc munere obituros.

§. IX.

CReentur Generalis Procurator, Theſaurarius Religionis, duodecim Definitores, qui ſacræ Iuntæ aſſiſtant, quatuor ſcilicet Abbates, & octo Monachi. Eligantur etiam Confeſſores Conventuum Monialium Barcinone, & Gerundæ. Horum omnium nominatio fiat proponente Domino Præſidente, & reſpondente Capitulo per verbum placet, vel non placet. Denique deſignetur locus ad celebrandum futurum Capitulum;

tulum ; & tres Missas solemniter , & Pontificialiter tribus primis diebus Capituli futuri celebrandas antiquior Præsidens commendet , duas scilicet Compræsidentibus iuxta antiquitatem , & primam sibi reservet ; concionatoresque optet , quos noverit inter Abbates peritiores.

§. X.

GEneralis absolutio postratis omnibus (vt de more fit) Capitulum terminabit. Secundus antiquitate Præsidens confessionem generalem omnium nomine pronuntiet , & Antiquior absolvat , vt in fine Regulæ. Deinde procedant ad Ecclesiam intonantes , & prosequentes Hymnum *Te Deum , &c.* cui adiungat Præsidens Orationem. *Deus cuius misericordiæ non est numerus , &c.* vt habetur in Regula. Duo Monachi intonent vers. *Discedamus in pace.* Resp. *In nomine Domini. Amen.* Et tandem , vniformi charitatis affectu , Domini Præsidentes , & Capitulares vicissim complectantur , ut in divisione corporum , fraternitatis in Deum spiritus , & vnitas Religionis ardenter perseveret , & disgregetur Capitulum.

TIT.

TIT. X.

De Annuis & quotidianis Capitulis.

CAP. I.

§. I.

FEria quinta in Cœna Domini *a* & ſecunda poſt Pentecoſten Capitulum celebrandum in omnibus Monaſteriis, & ſingulis annis diſponit S. Congregatio ad deſapropriationis Actum affectuoſe exercendum, iuxta modum, & formam ſtatutam, *cap. 6. tit. de Vot. Paupert.* Dicta feria quinta poſt deſaproprium per traditionem clavium, generalis fiat Abſolutio.

a Bened. XII. cap. 3. Bulla Clem. VIII. cap 8. antiq. Conſt cap. 1. & 2. rubr. 6.

§. II.

AFeria autem ſecunda *b* poſt Pentecoſten in vnoquoque Conventu, quot annis Abbates, & Monachi in Capitulo congregati, ſtatum rerum Adminiſtrandarum, & Officiorum ſuorum ſigillatim expandant: de reformatione, & obſervatione regulari agant, & quidquid inordinatum conſpexerit Abbas ſtudeat regulare. Diſcurrant hæc Capitula per hos dies, quos multiplicitas, & qualitas rerum expetierit agendarũ. Abbas,

b Antiq. Conſtit. cap. 1. rubr. 6.

ſeu

seu eius vices gerens suo arbitrio negligentes puniat.

CAP. II.

QUotidie expleta prima ad Capitulum *c* accedant Monachi omnes (si dirutum fuerit in Choro maneant) & lecto Martyrologio, post *Prætiosam.* Caput *d* sanctæ Regulæ, & Constitutionum legatur. Nomina Abbatum, & Monachorum Monasterii defunctorum iuxta dierum seriem piè recolantur. Absolvat de more Abbas. Deinde quæ opportuna sunt ad morum correctionem proponat, quotidianos defectus corrigat, flamma charitatis tepentes, & negligentes concitet, & piis exhortationibus increimenta perfectionis commendet. Si opus sit individua, aliàs communi, & generali vtatur correctione. Per omnia Sabbata textum Regulæ, & Constitutionum vulgari sermone explicet; Absentes sine legitima causa suo arbitrio post binam correctionem puniat.

c Bened. XII. cap. 5. Bulla Clement. VIII. cap. 9. Const. antiq. cap. 1. rub. 7.

d Reg S.P.N. Bened. cap. 66. vers. *Hanc autē Regulam.*

CAP. III.

SEculares Clerici *e* excludantur à Capitulo, quoties Monasterii negotia in eo sunt controverrenda, (præterquam ad proponendum, & supplicandum. Exclusis Novitiis,

e Clement. VIII. cap 9. circa fin. antiq. Const. cap. 2. rubr. 7.

Monachi omnes ad Capitulum admitrantur, quorum, qui Subdiaconatus ordine non fuerint insigniti, voce careant *f* activa, etiam si hoc ab aliis Monachis libere esset concessum, quacunque consuetudine *g* in cõtrarium non obstante. At quia Iunioribus, & humilibus altiora sæpius Divina Sapientia infundit *h* consilia, eorum iudicia ante difinitionem semper audiantur.

f Conc. Trid. sess. 22. de Reformat. cap. 4. antiq. Const. cap. 4. rub. 7.

g Vide de hac re Sell *in Sellect. Canon. cap. 2. num. 3.* Ricc. Garc. Navar. Piasec. Layman. Rodrig. Hugolin. & alios innumeros quos refert, & sequitur Barb. *in Collect. ad d. sess. 22. de Reform. cap. 4. num. 1. & 4.*

h Reg. S. P. N. Bened. cap. 3. vers. *Ideo autem.*

TIT. XI.

De Divino Officio.

CAP. I.

CVm timore, & *a* veneratione accedant Monachi ad Horas Canonicas, & Divina Officia psallenda; si enim cum ad opus Divinum assistimus, maximè præsentem Dei Maiestatem credimus, *quis in conspectu illius absque terrore erit, b aut quis sine timore serviet ei?* Igitur audito signo, statim, relictis omnibus, fervor intima rapiat, *maledictus c enim qui facit opus Dei negligenter;* Et ad Chorum omnes properantes, ibi humilitèr, attentè, devotè, discretè, absque murmure, composito corporis habitu, mente etiam ac devoto cordis affectu adesse declarent. Ad vers. *Gloria Patri,*

a Reg. S. P. N. Bened. cap. 19.

b Daniel. 10. p. 16.

c Hierem. 22. Regula S. P. N. Bened. cap. 43.

Patri, surgant omnes, & inclinato capite, cor in Thuribulo charitatis, individuæ offerant *d* Trinitati; Hoc enim thus est mundum, quod Deus sibi sacrificare iubet in odorem suavitatis. Cantus autem ea gravitate sit plenus, & ita religiosus, *e* vt nec levitatem resonet, nec rusticitatem; ita suavis vt promoveat corda, & sensum literæ non evacuet, sed fœcundet. Meminerint tandem Monachi, se quasi Cherubim, *f* senis alis, pluribus oculis, sublimia, pennata, victorialem Hymnum canentia, & sanctus, sanctus in æternum clamantia, ministerium tunc agere, & vices Angelorum.

d Reg. S.P.N. Benedict. cap. 9. vers. *Quamdum, &c.*

e Cap. vnic. ext. comm. de Vita & honest. Cleric. Divus Bernard. *in epist. ad Areman.* Regul. S.P.N. Benedict. cap. 47.

f Divus Chrysost. *in Liturg.*

CAP. II.

QVem ex dispositione Pii Quinti, & Sac. Conc. Trid. in recitatione ac celebratione Officii Divini, ac vsu Breviarii, vniversalis Mater Ecclesia Romana ritum, & modum observat; eundem, *g* per omnia Monasteria S. Congregationis Monachorum, & Monialium statuit eadem S. Congregatio, tam in diurnis, quàm nocturnis Horis observandum: quæ quidem quotidie indispensabiliter statuto, & legitimo tempore, iuxta morem Conventuum, in Choro persolvantur vna cum Missa *h* Conventuali, sive de

g Constit. antiq. cap. 1. rub. 15. quod est iuxta modificationem factam ad cap. 18. Bullæ Clement. VIII. loquens de Offic. Monast.

h Antiq. Constit. cap. 5. rub. 15.

Sancto, sive de Feria ad proportionem Officii eius diei: Nullus autem Monachorum quavis Dignitate emineat, *i* (nisi vrgentissima, aut alia ex assignatis *cap.* 2. *tit. de Abbate* vigeat legitima causa) à continua residentia eximi præsumat. Omnes, Abbas (qui omnium in omnibus debet esse primus) ad eam compellat, & negligentes, tardos, ac in Choro secordes quos viderit, post binam correctionem arbitrio suo puniat. Anniversaria ad diem currant, *k* vt benefactorum Animæ, pio, & tempestivo fruantur suffragio.

i Constit. antiq. cap. 7. rub. 15. vide Decret. reformat. Clem. VIII. quod incipit: *Nullus omnino*, apud Quar. in Sum. verb *Monasterii & Conventus, &c.* fol. 418.

k Bulla Clemen. VIII. cap. 18. vers. *Præcipue*, vide modific. ad d. cap. 18. ad vers. *Consuetudinem*, per quam legitimatur perceptio distributionis quotidianæ.

CAP. III.

VT debitis honoribus SS. PP. S. N. Relig. deinceps prosequantur, in omnibus Monasteriis vtriusque sexus, huiusmodi Sanctorum Officia, iuxta Pii Quinti indultum, per annum S. Congregatio celebrare decrevit: scilicet Officia S. P. N. Bened. primæ classis cum octava: eius Translationis secundæ classis cum octavario: Visitationis Virginis Mariæ (cuius Patrocinium sub hac invocatione S. Congregatio ab immemoriali tempore implorat) secundæ classis cum octava:

l Antiq. Constit. cap. 2. rubr. 15.

San-

Sanctorum Mauri, Placidi, *m* Sanctæ Scolasticæ Virginis, Duplicia maiora: Sanctorum Abbatum, Romualdi, *n* Roberti, *o* Petri Cœlestini, *p* Romani, *q* Guillermi, *r* Ioannis *ſ* Gualberti, Galli, *t* Æmiliani, Odonis, *v* & Silvestri, *x* Sanctarum Franciscæ Romanæ, *y* Iustinæ *z* de Padua, & Gertrudis, Duplicia. Qualibet etiam Feria tertia extra Adventum, & Quadrageſimam, Festo duplici, vel semiduplici non impedita, fiat Officium de Sancto P. N. Bened. Die decima tertia Novembris celebrabitur Officium omnium Sanctorum Ordinis duplex ſine Octava; & die sequenti Commemoratio omnium Defunctorum Monachorum, & Monialium S. Congregationis, iuxta ritum die secunda Novembris pro omnibus fidelibus defunctis ab Ecclesia disposítum.

CAP.

m Antiq. Const. cap 4 rubr. 15.

n Ordin Camaldu. institutor à Valle Camaldula in Tuscia, anno 967. Pontif. Ioan. XIII. eum approbavit Alexand II. Constitut. 1. quæ incipit: *Nulli*, anno Domini 1072.

o Instituit Ordinem Cistercienſ. à Valle Cistercio in Gallia, anno 1099. Vrban. II. Pontif. Max. eorum reform. edixit Bened. XII.

p Quintus huius nominis Summus Pontif. fundavit Cœlestinorum ordinem, anno 1274.

q Qui Beato P. N. Bened. in ſpelunca miniſtravit, & in Gallia poſtea Monaſterium edificavit.

r Guillielmitarum, & Montis Virginis Familiæ institutor, anno 1124. Pontific. Calixt. II.

ſ Ordinem instituit Vallis Vmbroſæ, anno 1080. Pont. Greg. VII. approbatum ab Vrbano II. Const. 1. *Cum vniverſis, &c.* anno 1090.

t Floruit in Germania discipulus sancti Columbani.

v Ordinis institutor Cluniacenſium à Cluni primo eius Monaſterio, anno 900. Anaſtaſio III Sum. Pont. fuit reformatus hic ordo à Gregorio IX. Constit. quæ incipit: *Bohemoth.* anno 1232.

x Silvestrinorum ordinem instituit anno 1232. Pont. Greg. IX.

y Domus Oblatarum Congregationis Montis Oliveti fundatrix sub Regula S. P. N. Benedicti

z A primo huius nominis Conventu extat Congregatio ſanctæ Iuſtinæ Patavinæ à Iud. Balbo Ordinis Cluniacenſis, anno 1410. Cui cum vnitum fuerit Monaſterium Montis Caſini, anno 1504. Inde appellatur hodie Congregatio Caſinenſis.

CAP. IV.

SVaviſſimo Orationis pabulo nutritur Anima, & ad perfectiores vegetior actiones flagranti ſuſpirio in Deiformem ſpirat vnionem. Hic proprius Religionis ſtatus, qui cum à perfectione ad perfectionem inceſſantem *y* poſtulet aſcenſum, abſque frequenti mentis elevatione ad Deum infauſto decremento ad ima miſeriæ devolvitur. Decernit igitur S. Congregatio, quod in omnibus Monaſteriis virorum, & mulierum omnes Religioſi in Choro quotidiè congregati, (præambula pia meditatione, clarè, humilitér, & devotè legenda, quæ mentem dirigat, & ab affectu ſcintillas excudat) Orationi mentali vacent per dimidium integrum *z* horæ, à principio lectionis computandum. Non licebit Abbati, aut in omiſſione Orationis, aut in temporis præfixi diminutione aliquando diſpenſare. Tardos, & pigros corrigat ſuperior. Non emendati arbitrarias pœnas luant.

y Vide pavendam Div. Thom. ſententiam 2. 2. *quæſt.* 184. *art.* 5. *ad* 2. & ibi Caietanus, & Navar. *Com. de Regul. in cap. Non dicatis, num.* 5. *in fine.*

z Reg. S. P. N. Bened. cap. 20. verſ. *Et ideo*, Conſt. edita anno 1627. quæ incipit: *Quantum oratio, &c.* fol. 56.

TIT.

TIT. XII.

De ſuffragiis Defunctorum Fratrum.

CAP. I.

§. I.

QVos arcta charitate in Deum vna vicit conſuetudo, communitas, fraternitas, ac inſtitutum, poſt obitum ardentiores expoſcit affectus pia eorum memoria fratrum, quorum animæ ſuffragiis noſtris ardenti inhiant æſtu: citius ſic, & Æternùm beandæ. Ideo S. Congregatio providet triduanas exequias immediatè poſt obitum Abbatis, Abbatiſſæ, Monachi, & Monialis in proprio Conventu: tres ſcilicet Miſſas de Defunctis ſolemniter, & Conventualiter decantandas. Cæteri eius Monaſterii Religioſi ſi Sacerdotes fuerint ter pro Defuncto celebrent. Sacerdotio non inſigniti, & Moniales recitent terna devote & integre Officia Mortuorum; & ſi qui ſint Converſi, tria integra Roſaria infra autem Annum obitus Anniverſario ſolemni, animæ defuncti ſuffragetur.

§. II.

§. II.

ABbas, seu eius fungens vice, cito per literas ad cætera Monasteria iubeat mortẽ deferre fratris: quibus quam primum acceptis, & Capitulariter lectis, communitas tota solemni Anniversario, Sacerdotes peculiari Missa, cæteri integro defunctorum Officio, & Conversi terducto Rosario, supremũ Vale, vnione potiendum Æterna, extincto Fratri, & devotè cantent, & pie deprecent.

TIT. XIII.

De Confessoribus Confessionibus, & Missarum celebratione.

CAP. I.

§. I.

ABbas, & alii Superiores in suis Monasteriis, prudentiores ex subditis Sacerdotes, virtute, & doctrina præditos eligant iuxta Conventus sufficientiam: qui cæterorum Monachorum confessiones *a* audiant. Et in Capitulo Generali Domini Præsidentes approbante Capitulo, Monasteriis Monialium nostræ Congregationis, Barcinone, & extra

muros

a Bulla Clem. VIII. cap. 20. Antiq. Const. cap. 2. & 3. rubr. 18.

muros Gerundæ sitis, Confessores Monachos annosos, prudentissimos, & omnium virtutũ ornamentis comendatos, provideant.

§. II.

PEr hoc tamen Decretum prohibere non intendit S. Congregatio, quin Monachi, & Moniales aliis Sacerdotibus, ab eorum Ordinario approbatis, confiteri possint. Liberum tamen sit Abbatibus, & aliis Superioribus casus *b* sibi reservare.

b Clemen. VIII. d. cap. 20. vers. *Ipsi autem.*

CAP. II.

QVotidie, frequentissimeve *c* Sacerdotes Monachi celebrent: quos in Domino S. Congregatio excitat, vt attendant quanta interiori cordis munditia, ac exteriori pietatis, & devotionis specie peragi debeat opus, adeò Divinum, in quo vivifica illa Hostia, qua Deo Patri reconciliati sumus, in Altari immolatur. Iuniores vero, & non Sacerdotes quavis Dominica *d* prima, & tertia mensis, & in Festivitatibus Beatæ Virginis Mariæ, S. P. N. Bened. & S. Scolasticæ confiteantur, & simul in Missa Conventuali communicent. Qui secus fecerit (nisi Abbas ex causa dispensaverit) superioris arbitrio disciplinæ regulari subiaceat.

c Antiq. Constit. cap. 7. vers. *In super*, rubr. 15.

d Clem. VIII. d. cap. 20. vers. *Religiosi.*

TIT. XIV.

De Vita communi.

CAP. I.

MEnsarum divisionem *a* ea sane, præ alias, ratio adduxit, ne Superiorum Administratione, & *b* Monarchica & perpetua, dilapidatæ fortè Ecclesiæ nutarent. Hanc divisionem primo ab immemoriali temporis tractu; reservatione tandem Abbatiarum, & Officiorum Regularium, toties à Sancta Sede *c* confirmatam sacra Congregatio experta est. Quam obrem dispositionem *cap. 5. Bullæ Clementis VIII. de Communi vita*, Visitatores Apostolici, eiusdem executores, impossibilem ad praxim, haud annuente Summ-

a Antiq. Constit. cap. 1. & 2. rub. 3. & Const 7. edit. an. 1597. trahuntur ad modific. expressam in hoc statut. & ad formam Const. editæ anno 1603. cap. Optarent.

b Iuxt. disp Reg. S.P.N. Bed. Abbates sunt perpetui, & Monarchic ã habent administrationem in bonis Conventus, vt notat Perez *ad Reg. S.P. N. Bened. cap. 64. num. 9. & cap. 65. num. 4.* vtrumque simul periculosum erat. Vnde vt perpetuitas Abbatum staret (quam ab initio plusquam per mille annos semper conservarunt Monasteria S. N. Congregationis qua obviatur immensis detrimentis spiritualibus ex electionibus temporaneis pullulantibus, illa divisio mensarum subsequuta fuit. Vide Navar. *in Comment. ad cap. Nullam* 18. *q.* 1. *à n.* 3. Perez *d. cap.* 64. *à n.* 1. Rodriguez *Quæst. Regul. tom.* 1. *q.* 2. *cap.* 5. Apologiam huius rei affert Navar. *d. cap. Nullam, n.* 9. interquæ hæc per pulchre ait: *Visum est omnibus, in quibus Monasteriis Abbates, Prioresve insolidum gubernant bona, & reditus, delabi & perire: Canonicos ac Monachos, nudos ac famellicos in sibi Præfectos obmurmurare: antiqua passim ruere Ædificia, nova raro consurgere, eorumque fructus, vsibus cognatorum aliorumque profanis cedere: pauperes Christi non excipi, qua de eret benignitate: præsertim, quod iam fere omnes, Religiosis non mendicantibus Præfecti, commendatarii sunt, ac mercenarii, tondereque magis, quam pascere student gregem, &c.* & infra *num.* 15. *vers. ad* 15.

c Reg. 1. & 3. & 8. Cancel. Gonzal. *ad d.* 8. *Reg. Cancel. glos.* 8 *à n.* 1. *vsque ad* 30. & ideo tanquam reservata conferuntur à Papa. Idem Gonzal. *glos.* 5. § 6. *num.* 23. & quæ erant manualia, cap. Cum ad Monasterium, §. Tales, de Stat. Monach. Clement. vnic. §. Præmissæ, de Supplen. negl. Prælat. cap. 1. §. de Privil. lib. 6. reservationę facta sunt perpetua.

Summo Pontifice vniones, deducere existimarunt. Insistens igitur prædictæ limitationi Apostolicæ, S. Congregatio permittit, Monachos in suis domibus Officiorum (famulatu tamen hominum) comedere. Hæc autem permissio non suffragetur Monasteriis, quorum reditus communes, quia pinguiores sunt, sufficiunt, vt in eis ad præsens communis vita laudabilitèr obseruetur. In Adventu tamen, & Quadragesima in Refectorio comedant Monachi assistente *d* Claustrali Priore (inspecta quo ad escas ministrandas cuiusvis Conventus consuetudine) Et vt corpus materialis cibus, sic mentem inter comedendum lectio *e* pia reficiat.

d Iuxt. Reg. S. P. N. Bened Liberum est Abbatibus comedere, vel in Refectorio, vel in suis domibus, vt habetur expresse, in Reg. cap. 56. & cap. 53. ibi: *Coquinæ Abbatis, &c. cap.* 38. vers. *Nisi forte Prior.* Facit text. in cap. Cum ad Monasterium, §. in Refectorio, vers. *Quamquam ex Indulgentia*, de Stat. Monach.

e Regul. S. P. N. Bened. cap. 38.

TIT. XV.

De Portionibus ministrandis.

CAP. I.

MOnachus mundo renuntians se, & omnia sua per Professionem Monasterio mancipat in perpetuum. Vnde Portiones assignatas *a* & Vestuaria iuxta consuetudinem cuiusvis Conventus integrè in quantitate, & qualitate, ac tempestive ab iis quorum in-

a Viden. de his portionibus Navar. *in Comment. ad cap. Nullum* 13. *quæst.* 2. *à num.* 25. *vsque ad* 36.

tereſt, ſingulis Monachis diſtribuendas, S. Congregatio declarat. Quæ enim, Parentes, naturalis lex ad filios alendos *b* conſtringit, eadem in Monaſterium vicem Patris ſortitum, ex quaſi contractu, hanc curam *c* tranſtulit. Abbates autem, Officiales *d* negligentes in portionibus elargiendis ſemel admonitos, fructuum ſequeſtro compeſcant, & ſimiliter Præſidentes in Abbates portiones adminiſtrantes animadvertant.

b Plura affert Surd. *de Aliment. tract.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 12. & 3.

c Gloſ. in cap. verbo *Languidus*, de Infant. & Languid. expoſit. Caſtr. *conſ.* 76. *n.* 1. *vol.* 1. Innocen. *in cap. Olim, lib.* 2. *col.* 2. *de Privil.* Specul. *in tit. de Stat. Monach.* §. *fin. n.* 30.

d Antiq. Conſtit. cap. 9. circa med. rubr. 15.

e Antiq. Conſtit. cap. 3. rubr. 3.

f Canc. *Var. t.* 3. *cap.* 15. *n.* 247.

g Abbas in cap. Nonne, ſub nu. 1. verſ. *Sed hoc mihi*, de Præſumpt. Felin. ibid. n. 4. Marſil. *ſingul.* 147. verſ. *Sed hoc dictum*, Gloſ. in cap. Notificatti 33. q 1. verſ. *Licentiam*, Boerc. *conſ.* 20. *n.* 38. Ant. de Butr. *in cap. Cum virum*, *n.* 7. *de Regul.* Franc. Monal. *conſ.* 5. *n.* 42. & 44. *part.* 2. vide text. in L. Noviſſime, ff. Quod falſo tut. act. &c. L. 1. §. Quæ onerandæ, vbi Bart. ff. Quar. rer. act. non videt.

CAP. II.

PAciſci de Portionibus inter Abbates, ſeu Officiales adminiſtrantes ex vna, & Conventum ex alia partibus, in perpetuum *e* interdicit S. Congregatio; ſed ad priſcam diſpoſitionem cuiuſvis Monaſterii vinum pro vino, panem pro pane, ſeu pro tritico triticum miniſtrent: & declarat S. Congregatio quaſcunque huiuſmodi ad præſentem diem conventiones, vtpote inter ſuperiorem, & ſubditos inhitas, timore reverentiali ſæpius intercedente, & ſemper *f* præſumpto, nullius eſſe valoris: *g* ſolicitudini Dominorum Præſidentium ac Viſitatorum (inter viſitandum) citiſſimam revocationē horum contractuum committendo,

CAP. III.

§. I.

MOnachis Clauſtralibus (de licentia tamen ſuorum ſuperiorum) extra Monaſterium quavis de cauſa degentibus, portionibus, & veſtuario integre ſubveniatur. Maior enim cura in eorundem victu, & veſtitu adhibenda, quò ab omni ſunt vſu, & Administratione ſemoti; Nec eis erit detrimento abſentia, quia Monachus cum licentia diſcedens præſens *h* Clauſtro iure exiſtimatur.

§. II.

ABbates autem & Officiales accipiant portiones, (& tam iſti quam Clauſtrales, diſtributiones quotidianas) quoties eorum diſceſſus ex ſequentibus ſolum contigerit cauſis: infirmitatis, *i* (quam ſuperior gravem medico conſulto, aut experientia exiſtimaverit) ſtudiorum, *k* publicæ, & communis vtilitatis, honoriſve, vt Conventus, Religionis *l* Provinciæ, aut Regni: incarcerationis, tranſlationis ad aliud Monaſterium pœnitentiæ cauſa, cæteris peculiaribus excluſis.

§. III.

h Navar. *Conſiliar. lib.* 3. *tit. de Regul. conſ.*42. *n.* 3. qui plures citat.

i Cauſas propter quas diſtributiones lucrantur abſentes vide apud Nicolaũ Garcia *part.* 3. *de Benef. cap.*2. *n.*363. Monet. *de Diſtrib. part.* 2. Armend. *rubr. de reſiden. Canonic. n.*75. Ric. *in Prax. aur. reſol.* 397. Cened. *ad* 6. *collect.* 15. *q.* 1. *n.* 13. Iacob. de Graf. *in Aur. deciſ. part.* 2. *lib.*3. *cap.*15. *n.* 10. Navar. *de Reſtit. lib.* 6. *cap.* 2. *dub.*4. *n.*239. Menoch. *de Arbit. caſ.* 153. *n.* 10. Franc. Leo *in Theſ. for. Eccleſ. cap.*2. *n.*27. Covar. *Var. lib.*3. *cap.* 13. *n.* 8. verſ. *Decimo*, & verſ. *Vndecimo*. Azor. *Inſt. Moral. part.* 2. *lib.*7. *cap.*7. *q.*10. Sayr. *de Conſ. lib.*2. *cap.*5. *n* 27. Aquill. *de Oblig. Cler. part.* 4. *n.*15. Rota coram Seraph. *deciſ.* 1098. *n.* 85. Barb. *de Poteſt. Epiſcop.* *part.*3. *alleg.*53. *n.*171. *&* 165. *&* 158. Borthol. à ſancto Fauſt. *de Hor. Canon. lib.*3. *q.*52.

k Antiq. Conſtit cap. 1. rubr. 21.

l Conſtit. antiq. cap. 6. & 7. rubr. 22.

§. III.

HIuiſmodi vero decreto de diſtributionibus cauſa infirmitatis, Abbatibus, Officialibus abſentibus elargiendis, S. Congregatio (aliis tamen ſupra expreſſis cauſis in ſuo robore permanentibus) non præſumit aliquod præiudicium afferre Monaſterio ſancti Petri Roden. Cum enim huius Cœnobii ea ſit affectuoſa conſuetudo, omnibus infirmis Religioſis, etiam extra Conventum morbo laborantibus, de communibus redditibus ſubvenire: æquum eſt, diſtributiones infirmantium extra Clauſtra, in commodum Monaſterii, vti maiora pietatis officia exibentis fore ceſſuras.

§. IV.

SImiliter S. Congregatio non intendit ſub hoc decreto de portionibus elargiendis abſentibus ſive Officialibus, ſive Clauſtralibus, quavis de cauſa comprehendi Cœnobium ſancti Ioannis de la Peña (nec aliud huius conditionis Monaſterium) ibi enim communis agitur vita: ac inter Clauſtrales, & ſi abſentes, pro neceſſitatibus eorum ſubveniendis, certi reditus diſtribuuntur. Similiter ex ea portione, quæ aſſignata eſt (vt eas habent quædam noſtræ Congregationis Monaſte-

naſteria) pro vita communi tempore Adventus, ſeu Quadrageſimæ iuxta ea, quæ ſupra definita ſunt in Refectorio diſtribuenda, nihil abſentes à Monaſterio percipiant.

TIT. XVI.

De Habitu, & Corona.

CAP. I.

EA ſignificatione Habitum induit Monachus, quod mollia mundi effugiens auſteraque ſectaturus, lugentis, & plangentis *a* officium ſuſceperit: vt in amictu externum monumentum intueatur lugubris vitæ, ſeu potius emortuarum paſſionum memoriale perpetuum. Extrema tamen in indumentis fugiantur; Præcioſa enim ad laciviam pertrahunt: nimis vilia morbum vanæ gloriæ ſingularitate contrahunt.

a Cap. Monachus 16. quæſt. 1.

Sit igitur habitus honeſtus, internam puritatem deſignans: humilis, quaſi animo conſciſſus: & vniformis, ne in vnitate Congregationis lana ſit lino contexta.

CAP. II.

§. I.

FOrmam igitur, & qualitatem habitus Monachorum S. noſtræ Congregationis ab imme-

immemoriali tẽpore deductã iuxta antiquarum Conſtitutionum diſpoſitiones *b* in hunc modum S. Congregatio ſtatuit, & declarat. Externus habitus ſit niger & omnibus vniformis: internus, aut niger, aut brunus. Prætioſus, ſericus, ſive internus, ſive externus Abbatibus, & Monachis interdicitur. Vſus veſtium erit de panno, ſtaminea, anaſcoto, aut vulgò dicto *Xamellote retorcido*, aliiſve conſimilibus ex lana piloſave materia, in qua nullus appareat ſplendor, aut cõtextus artificioſè diſcriminet florum, vel vmbrarũ ambages.

§. II.

AMictus extra Monaſterium deferendus erit ſotana talaris, ſcapulare ſine capucio, *c* manice ampliores, à fronte non ſciſſæ, ad pugnum porrectæ, capa oblonga cũ Galero. Inter iterandum idem ſit veſtuarii vſus, & permittitur nõ ita protenſus; dimidium taſuperet tibiarũ. Riguroſo carcere puniant Abbates, Monachos in itinere, ſeu aliàs contra diſciplinã regularẽ Monachatu indignos, ſcapulare ſuperiori veſte occultantes, & in eos excommunicationis *d* maioris pœnã ipſo facto incurrendã S. Congregatio præſenti ſancit decreto.

§. III.

b Conſt. antiq. à cap. 1. rubr. 4. vide Modific. ad cap. 6. Bulla Clement. VIII.

c Nota vlt. verba cap. 23. Bulla Benedict. XII. ibi: *Non intendimus quod in Regionibus ſeu locis, in quibus Abbates, vel alii Prælati locorum, ſeu Monachi vti caputiis non ſolebant, ea deferre teneantur.*

d Clem. II. §. Dignitatem, de Vita, & honeſt. Cleric. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. cap. 19. Sanchez *in Præcepta decalogi*, tom. 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 63. Aquil de Graf. *deciſ.* 316. *num.* 13. & *deciſ. vnica de Apoſt. n.* 10. cap. 2. Ne Clerici, vel Monachi, vbi gloſa, & DD. Decian. *lib.* 5. *cap.* 73. *n.* 3. Navar. *in Manual. cap.* 27. *n.* 131. Coriol. *de Caſ. reſervat. part.* 2. *caſ.* 2. *de Apoſt. n.* 2. Gloſ. in Clem. Quoniã, verſ. *Extrinſeci*, de Vita, & honeſt. Cleric. Graff. *part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 17. & *part.* 2. *lib* 3. *cap.* 25. *n.* 29. Cayetan. *in Sum. verb. Excommunicatio, cap.* 61. Limita per extravagan. ſecundam, de Maior. & obedie. & per cap penul. vbi Gloſ. in verbo *Cauſa*, de Vita, & honeſt. Cleric. Gloſ in cap. Periculoſa, verſ. *Temere*, ne Clerici vel Monachi in 6. Silveſt. *in Sum. verb. Habitus*, n. 3.

§. III.

IN Choro inter Officia Divina, in proceſſionibus, in Capitulis generalibus, & particularibus induat Monachus cucullam, quam ſtatuit S. Congregatio è cætero in omnibus Monaſteriis manicatam (quæ eſt quædam inſignis, & quaſi ingenita totius ſacræ Religionis Benedictinæ proprietas) & vniformem, ad normam ſancti Cucufatis Vallen. *e* Quod ſi aliquod noſtræ Congregationis Cœnobiũ propter eius dignitatem, & præſtantiam ſpeciali cucullarum forma privilegio Apoſtolico fuerit decoratum, vel ab immemoriali tempore vſum, non ei derogatur.

e Conſt. quæ incipit: *Æquitati*, ædita anno 1600. fol. 48.

§. IV.

INtus Clauſuram, ſuper ſotanam, & ſcapulare, vtantur mantello, vulgò *Ropa de levantar*, & galero quadrangulo caput tegant. Clauſuræ nomen, hic comprehendit ſpatium illud, quod de more adire valet Monachus abſque licentia ſuperioris expreſſa. Subuculas delicatas, & fimbriarum plicaturis, ſæculi more, prætioſas, non induant Monachi; eas enim humiles neceſſitati ſolum conſulens S. Congregatio permittit. In caligis, & calceis eadem conſpiciatur honeſtas.

§. V.

INter Abbates, & Monachos (reſpectu veſtium interiorum, & earum, quæ intra Clauſuram induuntur) nullum ſit diſcrimen in forma, colore, & materia. Externus vero habitus Abbatum extra Monaſterium erit ſotana, ſcapulare, mantelletum, & mozzeta de anaſcoto, ſeu de panno. In mantelleto autem, & mozzeta tantum, propter Abbatialem *f* dignitatem ſericum coloris nigri permittitur fulcimentum. In Choro, & Capitulo cucullam more Prælatorum induant prælongam.

f Vide Barb. *de Iur. vniverſ. Eccleſ. part.* 1. *cap.* 18. *num.* 56.

§. VI.

NOn liceat Abbatibus, & Monachis *g* propter mortem parentum, vel conſanguineorum, lugubrem amictum, & quid quid doloris ſignum præfert induere; ipſum enim ſolitudinis nomen, præ omnibus, Monachum obiiſſe declarat.

CAP. III.

ABbates, & Monachi duplo excedentem ſæcularium ſacerdotum *g* coronā abradant quatuor digitos ab auribus diſtantem. Crines à fronte diſcretos, varie ve errantes cincinnorum fimbrias, *h* horret Religioſa puritas, & humilitas. Sint igitur capilli à fronte

g Bul Clem. VIII. cap. 12. §. *Cumque Regi ſi*, antiq. Conſtit. cap 3. rubr. 4.

h Vide Concil. Cartagin. 4. cap. 24. in antiq exemp. & Apoſt. Conſtit. apud Clemen. lib. 1. cap. 4. ibi: *Nec vero licet, &c.*

ad

ad occiput breviores, ad tempora honesti, & aurium cartilaginem non superent. Impudentiam hanc statim, & eò severius pœna superiores afficiant; quò in fronte descripto crimine, reus ipse delator, expressius Religionis decus obnubilat.

TIT. XVII.

De Vita & honestate Monachorum.

CAP. I.

AD Angelicæ vitæ speciem, & cœlestis conversationis splendorem vt ad totius certaminis metam, & S. P. N. Regula spirat, & S. Congregatio suavi horum decretorum impulsu, dirigere Alumnos contendit. Hic finis laborum, hæc Religionis victoria. Quapropter enixè S. Congregatio commendat omnibus præsertim Prælatis, ne actio vna, ne minima cordis vegetatio à regula & statutis *a* deviet. Modestia in oculis præsideat, & gravitatem in vultu commetiatur humilitas. Incessum prudentia remoret, & suppresso corpore totus in artubus regnet spiritus, eo vivacior, quo carni mortuus, & Christo consepultus. Fugiant vt pe-

a Cap. Iuxta, cap. Monachus, cap. Placuit, cap. Interdicimus, cap. Decimas, vers. *Communi* 16. quæst. 1. cap. Nunquam, de Consecr. distinct. 5. Athan. in lib. Exortat. ad Monach. Augustin. in sua Regul. de Opere Monach.

ſtem ſcurrilitates, *b* & riſum moventia verba, luxus *c* commeſſationes, ſuperfluum & prætioſum ſuppellectilium *d* faſtum, ſtatum vniuſcuiuſque excedentem, & paupertati obviantem. Sit cum laicis converſatio rara, opportuna, honeſta, & exẽplaris; animus enim ſeculari aura ſæpius afflatus, contabeſcit.

b Reg. S. P. N. Bened. cap. 6. verſ. *Scurrilitates*, & cap. 7. verſ. *Vndecimus.*

c Cap. 1. Ne Clerici vel Monach.

d Vide Modific. ad cap 12. Bulla Clem. VIII.

CAP. II.

NVllus Monachorum præſumat alium contentiosè *e* defendere; iudicem enim habent Abbatem & Patrem, quem humiliter adeant, & cuius diſcretioni proprium committant iudicium. Procul à Conventu abſint rixæ, diſcordiæ, contentioſæ voces, internam ſæpius pacem turbantes. Qua in ſpecie ſtatim fraterna charitate viciſſim veniam poſtulent, & arbitrio Abbatis corrigantur. Ament Monachi Monaſterii clauſtra & præcipuè cellam. Clauſtrales dormiant (in Monaſteriis in quibus eſt dormitorium, aliàs in ſuis cellulis) ſeparatim & diviſim; Abbates & Officiales in ſuis domibus propter adminiſtrationem. *f* Omnes autem dormiant honeſtè cum interiori tunica, *g* femoralibus & ſcapulari. Silentium obſer-

e Reg. S P. N. Bened. cap. 69.

f Iuxt. Modific. cap. 14. Bul. Clem. VIII. Reg. S. P. N. Bened. cap. 22. ibi: *Si poteſt fieri.*

g In antiq Conſt. cap. 1. & 2. rub. 11.

observetur in Choro, in Refectorio, & hora solita in Claustro, *h* & Dormitorio. Hospites, Peregrini & Pauperes charitativè subveniantur *i* iuxta laudabilem Monasteriorum consuetudinem.

CAP. III.

ALearum ludos, *k* seu taxillorum, & quoscumque alios à iure prohibitos, venationes, *l* quæ strepitu, canibus, avibus, & vocibus exequuntur, prohibet S. Congregatio: Iniungens Superioribus vt disciplina regulari coerceant delinquentes. Quia tamen animus mole corporis fessus indiget vires resumere ad spiritualem progressum, arbitrio superioris relinquitur, spatia honestæ Monachis recreationis præfigere, quæ nec iuri obstrepet, nec à Religiosis viris deviet.

CAP.

Quæst. reg. tom. 2. quæst. 37. art. 1. Aldret. *de Relig. disciip. tuenda, lib. 2. cap. 16. § 3. n. 17.* Nec obstat quod hæc de Clericis dispositа sint quia ad ea tenentur Regulares: argument. cap. Deus qui, & cap. penult. in fin. de Vita & honestat. Cleric. cap. 1. per tot. Ne Clerici vel Monachi. Præsertim in iis, quæ ad vitam & mores pertinent. Clem. Ne in agro, §. 1. de Stat. Monach. Clem. Exiit, de verb. signif. Imò strictius Monachi ligantur ad ea observanda cùm sint mortui mundo, & debeant stare in Monasterio soli, & tristes. Cap. Placuit 16. quæst. 1. L. Deo nobis, Cod. de Episc. & Cleri.

l Bulla Clem. VIII. cap 12. § 6. Clem. 1. §. Porrò, & §. seq. de Stat. Monachorum, cap. 1. cap. 2 & cap 3. 24. dist. cap. 1. Ne Cleri, vel Monach. Conc. Trid. sess 24. cap 12. de Reformat. cap. 2 de Clericis venatoribus in fin. Azor. *Inst. moral. part. 1. lib. 12. cap 19. quæst. 16.* Guliel. Bened. *in cap. Raymutius, de Testam.* vers. *Et vxorem nomine.* Ioan. Valer. *de Differen. inter virumque forum verb. Peccatum, diff.* 20. Limita iuxta Navar. *in Comment. ad cap. Statuimus, n.* 26. Abb. *in d. cap. 1. de Cler. venat. & ibi glos.* Soccin. Iun. *cons.* 58. *n.* 7. *vol.* 1. Silvestr. *in Sum. verb. Venatio,* Alexand. *cons.* 72. *n.* 15. *vol.* 1.

h Cap. Cum ad Monasterium, de Stat. Monach. Antiq. Constit. cap. 1. rub. 14. Bul. Clem. VIII. cap. 17. quod cap. fuit modificatum, quam modific. confirmat Reg. S. P. N. Bened. cap. 22. vers. *Surgentes verò.*

i Antiq. Const. cap. 1. rub. 26.

k Cap. Episc. & ibi glos. 1. & DD. 5. dist. cap. Inter dilectos, de Excessu Prælat. Bul. Clem. VIII. cap. 12 vers. *Talorum.* Antiq. Const. cap. 2. & 5. rubr. 23. Conc. Trident. sess. 22. cap. 1. & sess 24 cap. 22. de Reform. cap. Clerici officia, & ibi glos. vers. *Ad aleas*, & Abbas, n. 4 de Vita, & honestat. Cleric. Carol. de Graf. *de Effectibus Cleric. effect. 22.* Rodrig.

CAP. IV.

§. I.

PRæterea vſu armorum, ſimplicitatem *m* Monachorum oppugnante, ſtrictè ſequenti decreto S. Congregatio interdicit. Nullus Abbas & Monachus intra, vel extra Clauſtra, ſeu inter iterandum arma deferat, quæ vulgò dicuntur *Pedreñales*, *Piſtolas*, *Carabinas*, Sicas, Pugiones, cæteraque quæ clam deferuntur Arma. Officiales itaque Monachos, vt primum conſtiterit ſemel prædicta deferre arma, domive ſuæ, ſeu intra Monaſterium contra præſens decretum retinere, ſtatim nullo compilato, proceſſu, per ſex menſes ab Officio ſeu Beneficio & Ordinibus ſuſpenſos *n* declarat S. Congregatio; & per idem tempus (fructibus Beneficii Sacriſtiæ applicatis) criminis maculam carceribus luere iubet. Clauſtralis verò ſuſpenſus ipſo facto ab iis, quos habuerit Ordinibus, per annum recludatur.

m Conſtit. antiq. quæ incipit: *Cum non ſolum* 5. edita anno 1627. fol. 75. Arma enim Monach. orationes & lacrymæ, cap. fin. 36. diſt. cap. Porrò 16. quæſt. 3. cap. Convenior, cap. Quicunque, cap. Reprehenſibilis 23. quæſt. 8.

n Ipſo facto excommunicatos eſſe Monachos habentes arma intra ſepta Monaſterii declaratur in Clem. 1. §. Quia verò in fin de Stat. Monah. Abbas in cap. 2. n. 8. de Vita, & honeſt. Clericor. Quia locus religioſus aggravat delictum, cap. Sicut dignũ, de Homicid. Vide Graff. *deciſ. Aur. part. 2. lib. 3. cap. 7. n. 6. & 7.* Rodrig. *Quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 60. art. 2.* verſ. *Quarta*, Filiuc. *tract. 14. cap. 8. quæſt. 6.* Navar. *in Manual. cap. 27. num. 139.* verſ. 37.

§. II.

HOc autem decreto S. Generale Capitulum non prohibet Abbatibus, & Officialibus Monachis, quibus eſt annexa iuriſdictio

dictio temporalis, habere Officiales suos, & familiam ad omnes eventus in exercendis Iustitiæ actibus paratos.

CAP. V.

INfantes sacro fonte *o* suscipere, & Commatres habere prohibet S. Congregatio omnibus Abbatibus & Monachis. Negotiatores, *p* vti proprietatis suspectos tempestive coerceant Superiores, ne altius radices agat venenum. Magisterii seu Doctoratus gradum in facultatibus Monachis permissis nullus accipiat nisi de licentia *q* sui Ordinarii. Ad obtinendas verò Cathedras, sive ad oppositionem subeundam in Vniversitatibus, cùm ad bonum vniversale Religionis hæc actio spectet, præcedat licentia Domini Præsidentis, & riguroſum examen.

CAP. VI.

ADvocati *r* Procuratoris *ſ* Tutoris seu Curatoris *t* ex testamento, legitimi seu

o Cap. Placuit 16. quæst. 1. cap. Non licet, & cap. seq. de Consecrat. dist. 4. Clem. VIII. cap. 12. §. Idem. Antiq. Const. cap. 3. rubr. 23. reformatur. Non enim possunt Præsidentes dispensare quæ commune ius prohibet, vt infrà notabitur.

p Quæ sit illicita negotiatio, vide apud Roder. *quæst. Regul. tom* 3. *quæst.* 74. *art.* 8. *conclus.* 1. & 2. Molin. *de Iust. & iure, tom.* 2. *tract.* 2. *disput.* 342. *num.* 1. & 6. Azor. *Inst. moral. part* 2. *lib.* 8. *cap.* 2. & prohibetur sub pœna suspensionis & excommunicationis, cap. Canonum 14. quæst. 4. cap. Negotiatio 88. dist. cap. Secundum, cap. Sed nec ne Cleric. vel Monach. cap. Ex literis vbi Abbas, n. 7. & 9. de Vita, & honest. Cleric. Conc. Trid. sess. 22. cap. 1. Diaz *in Prax. crimin. canon. cap.* 58. *num.* 1. Alex. de Nevo *cons.* 60. *num.* 1. Rolan. *cons.* 38. *num.* 27. *vol.* 2. Limita tamen iuxta decis. singularem S. Congregationis negotiis Episc. & Regul. propositæ in vna Barens. 15. Novembris 1616. quam refert. Barbosa *de Iur. Ecclesiast. vniversi. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 26. & 27.

q Vide Guliel. Bened. *in cap. Raynucius*, vers. *Et vxorem nomine*, Roderic. *Quæst. regul. tom.* 2. *quæst.* 74. *art.* 1.

r ſ Bul. Clem. VIII. cap. 12. vers. *Advocati munus.* Const. antiq. cap. 1. rubr. 23. nisi de licen-

licentia in vtilitatem Conventus cap. Monachi 16. quæſt. 1. cap. Ex parte, & ibi Abbas num. 2 de Poſtul. Clemen. Religioſus, de Procur. Rota *deciſ. 2. de Procur. in antiq.* Zayrus *in Clav. Regia, lib. 12 cap. 22. num. 3.* Lopez ad Diaz, *cap. 66 gloſ. 1. limit. 2.* Redoan. *de Spol. Eccleſ. quæſt 2. num. 27* Sanchez *in Præcept. Decal. tom. 2 lib. 6. cap. 13. à num. 1.* & vtrumque copulativè debet concurrere, text. in dicto cap. Monach. & in cap. 2. de Poſtul. Abbas *in dicto cap. Ex parte, num. 2.* Fulvius Pacia. *conſ. 162. num. 192. & 193.* Sanchez *vbi ſupra num. 3.* Limita vt advocare & procurare poſſit pro amicis Conventus & Eccleſiæ, cum licentia tamen. Innocent. *in cap. cum I. & A.* & Felin. *num. 11. & 12. de Sentent. & re iudi.* Abbas *in dicto cap. Ex parte, num. 3. & in cap. 2. num 2. Ne Clerí vel Monachi.* Limita ſecundo pro alio Religioſo eiuſdem Religionis, Sanchez *dicto cap. 13. num. 23.* Pacia *dicto conſ. 162. num. 189.* Limita tertio quoties Religioſus habet cauſam communem cum laico poteſt pro eo procurare, & advocare quia rem ſui Conventus agere videtur: Clement. Si Religioſus, de Procur. Immola *in cap. fin. de Poſtul.* Deci. *in cap. 2. num. 73. & 74. de Iudic.* Limita quarto pro orphanis & miſerabilibus perſonis, gloſ. in cap. Præſentium 16. quæſt. 1. verb. *Defenſor*, cap. Pervenit 26, diſt. cap. Defenſiones 87 diſt. cap. 1. Ne Clerici vel Monach. Sanch. *vbi ſupra num. 23.* Sayrus *in dicto cap. 22. num. 5.* Limita quinto ex charitate vel amicitia abſque lucro, cap. Pervenit 21. quæſt. 3. Abbas *in cap. Sacerdotes, num. 2. & 4.* Ne Clerici vel Monach. ſemper tamen in omnibus his licentia Superioris eſt adhibenda.

t Cap. fin diſt. 86. Azor. *Inſt. moral. part. 1. lib. 12. cap. 11. quæſt.* 3. Greg. Lopez *L.* 14. verſ. *No puede, tit.* 16. *partita* 6. Limita niſi miſerabilium perſonarum: cap. Pervenit 21. q. 3. gloſ. verb. *Tutela*, in fin. diſt. 86. Silveſt. verb. *Tutela.*

ſeu dativi exercere officia: teſtes in cauſis *v* civilibus adhiberi: vltimas voluntates, etiam ad pias *x* cauſas exequi, & alia paſſim in Iure ſancitas prohibet ſacra Congregatio omnibus Monachis; niſi de expreſſa licentia Ordinariorum, & in huiuſmodi ſpeciebus, quarum exercitia non ſunt omnino per Pontificia decreta Regularibus inhibita.

TIT.

v Felin. *in cap. Cum Nuntius, n. 3. de Teſtibus*, Alber. de Malet. *de Teſt. part. 1. cap. 5. n. 28. & 29.* Bal. *in L. Quoniam liberi, n. 2. in fine, Cod. de Teſtibus*, Rota *Diverſ. part. 2. deciſ. 77. n. 12.* Boſ. *in Prax. Crimin. tit. de Oppon. contra teſtes, num. 92.* Farinac. *de Teſtib. quæſt. 6. num. 124. & 130.* Poſſunt tamen eſſe teſtes inſtrumentarii abſque licentia non privativè ſednegativè. Sanchez *vbi ſup. cap. 13. n. 106.* Burgos de Paz *in L. 3. Thauri. partit. 1. n. 407.* Item teſtamentarii, Farin. *d. tract. de teſt. quæſt. 61. oppo. 14. n. 126.* Bald. *in cap. Nuper, n. 3. de Teſt.* Clarus *in §. Teſtamentum, quæſt. 55.* verſ. *Vlterius quæro quæſt. n. 7.* Aret. *conſ. 159. col. 8.* verſ. *Venio ad octavum.* Pariſius *conſ. 60. n. 12. vol. 3.*

x Cap. Religioſus 2. & vlt. de Teſt. Clemen. Religioſis eod. Hieron. Roderic. *in Comper. Quæſt. regul. reſol. 135. n. 16.* Azor. *Inſt. moral. part. 1. lib. 12. cap. 11. quæſt 1.*

TIT. XVIII.

De Abſtinentia & Ieiunio.

CAP. I.

PRæcipit S. Congregatio omnibus Monaſteriis virorum & Monialium in Adventu à prima eius Dominica, & quarta Feria cuiuſvis Hebdommadæ in Conventu, & extra abſtinentiam *a* à carnibus; quod ſi eam ſaluti corporali nocivam, ægritudine explorata, Medicus iudicaverit: quamdiu expreſsè Superior conſenſerit, eſus carnium permittatur. Feria ſexta in Paraſceven ieiunent omnes in pane & aqua, præter infirmos, vt præviderit Abbas: qui delinquentes iudicio ſuo coerceat.

a Bulla Clemen. VIII. cap. 16. de Abſtinentia. Benedict. XII. cap. 26. Antiq. Conſtit. cap. 1. & 2. rubr. 3.

CAP. II.

PIiſſimùm exiſtimavit S. Congregatio in Deiparæ Virginis, & S. P. N. Benedicti honorem ſub quorum patrocinio tota ſubſiſtit, diem immediatè antecedentem feſtivitates eiuſdem Virginis Matris, & Translationem ſancti Patris inſtar vigiliarum rite obſervare. Quæ corporalis abſtinentiæ obſequia, vnde mentis pullulat puritas, affe-

ctuosè & paterne S. Congregatio omnibus Abbatibus, & Religiosis vtriusque sexus commendat.

TIT. XIX.

De admissione Novitiorum, & Professione.

CAP. I.

§. I.

IN Monachorum receptione Abbates, & Conventus summum studium adhibeant, primò, vt piis & honestis parentibus (& vbi mos est ex Nobilibus) sint geniti. Præsertim pueros eligant dociles, ingenii perspicaces, & quorum mores aptè à principio confingantur, adeò vt ex ingenitæ indolis germine fructus in Religionis decus præstolentur.

§. II.

FIrmiter S. Congregatio statuit vt à cætero nullus illegitimus ex incestu, *b* aut sacrilegio progenitus, tum ad habitum, cum ad Professionem admittatur, nec alius quisquam illegitimo toro natus, (nisi cum iis vltimis Capitulum generale ante admissio-

nem

b De illegitimis nihil amplius habet hoc statutum, quàm quod cautum est expresè Const. Sixti V. quæ incipit: *Cùm de omnibus*, apud Quar. in Sum. verbo, *Monasterium & Conventus, &c.* quam idem Sixtus V. declarat alia Const. quæ incipit: *Ad Romanam*, relatam ab eodem Quar. vbi sup.

nem dispensaverit.) Item, nullus Iudeorum, Maurorum, *c* aut Hæreticorum genere infectus: Nullus ex Religiosis Mendicantibus, seu quasi, (nisi à Sancta Sede dispensatione obtenta, à Dominis Præsidentibus, & Sacra Iunta exactè examinanda.) Quorum omnium admissionem, & Professionem, scilicet, illegitimotum (præterquam si Generale Capitulum admissionem eorum qui ex incestu seu sacrilegio non sunt geniti, approbaverit,) iudayca, mahometica, hæreticave linea procreatorum, & Mendicantium, seu quasi Mendicantium Religiosorum (absque dispensatione Pontificia) ipso facto nullam, irritam, & inanem declarat S. Congregatio. Et inhibet omnibus Superioribus, & Monasteriis ius ad consensum, qui pro parte eorundem acceptantium ad validitatem huiusmodi Professionum substantialiter debet intervenire.

c De Hæreticorum filiis vsque ad secundam generationem, & non vltra, extat prohibitio in Iure, vt in cap. Quicunque, §. Hæretici, & cap. Statutum 15. de Hæreticis in 6. & in extravagan. Pii V. quæ incipit: *Pastovalis*. Sed de descendentibus ex linea Maurorum, & Iudæorum nō mediocrem difficultatem habet hoc statutum Remissivè rem tangam. Affirmativā partem tenēt in simili materia Alphon. Hoieda *de Incompatibilitate Beneficiorum, part.* 1. *cap.* 23. *à n.* 1. Azeb *in L.* 22. *n.* 2. *tit.* 7. *lib.* 1. *de Recopil.* Salcedo *ad Prax. Diaz, cap.* 23. *à n.* 11. Simanch. *de Cathol. institut. tit.* 47. *n.* 82. *&* 83. Puteus *decis.* 267. *lib.* 1. Pelaez *de*

Maioric. prima part. quæst. 66. *n.* 10. Igna del Villar. *in Silva responsionum, lib.* 1. *respon.* 12. *à n.* 37. Rota *decis.* 38. *&* 41. *&* 254. *&* 999. *lib* 3. *part.* 3. *Divers.* Fundari potest quod ad Professionis validitatē requiritur obligatio reciproca facientis & recipientis, cap. Ad Apostolic. de Regul. Navar. *in Comm. ad cap. Statuimus, num.* 72. *notab.* 2. *fol.* 116. Professio enim est quoddam spirituale Matrimonium in foro interiori, quod conficitur contractu vltro, citroque obligatorio, Navar. *consil. lib.* 3. *tit. de Convers. coniugat. num.* 6. *lit. A.* & ideò essentialiter requiritur quòd Professio recipiatur ab eo, qui est Superior, & potest professentem incorporare Religioni, cap. Porrectum 13. de Regul. Azor. *Inst. moral. part.* 1 *lib.* 12. *cap.* 5. *quæst.* 3. Navar. *lib.* 3. *consil. tit. de Regul. consil.* 6. *n.* 2. Barthol. à Vecchis *in Prax. servanda in admittendis ad Relig. Novitiis, disp.* 13. *dub.* 2. *num.* 5. Ricc. *in Collectan. part.* 3. *collectan.* 530. quia Professio à superioritate acceptantis suam accipit virtutem. Narvar. *dict.*

dict. conſ. 6. num. 2. lit. E. Vnde cum hoc Ius ſuperioritatis in hoc caſu per hoc ſtatutum (voluntariè annuente toto Capitulo Generali) auferatur , ſequitur affirmativam partem ſuſtineri poſſe.

Partem autem negativam defendunt Henric. Monroy *in Apolog. contra Archiepiſc. Tolet.* Turrecrem. *in cap. Conſtituit* 17. *quæſt.* 4. Perez *ad L.* 9. *tit.* 1. *lib.* 1. *Ordin.* Alphon. Cartagin. *in Defenſorio vnitat. Chriſtia.* Barb. *lib.* 1. *de Iur. Eccleſiaſt. vniverſ. cap.* 32. *n.* 18. Ratio huius eſt , quia inferiores Papæ non poſſunt ſtatuta condere contra Ius : cap. Inſtitutionis 2. q. 2. cap. Quod ſuper iis ; & ibi Felin. de Maiorit. & obedien. Abbas & Ancardus *in cap. Innotuit de eo qui furtivè Ordines ſuſcepit.* Prædictum autem ſtatutum videtur eſſe contra Ius, cap. Eam te, de Reſcript. cap. Vndecunque, cap. Nunquam 56. diſt. Præſertim quòd diſpoſitio , pertinens ad eſſentiam trium votorum ſolemnium, qualis eſt , vtrum valeat vel non profeſſio in hoc vel illo caſu, ſolius eſt Papæ, fusè Navar. *Conſil. lib.* 3. *tit. de Regul. conſil.* 5. vbi ait, nulla Capitula, etiam generalia poſſe ſtatuere, quòd Profeſſio trium Votorum non valeat, ſi communi Iure Canonico (ſublato de medio illo Statuto) eſſet valitura, ſicut nec valeret Statutum alicuius Capituli Provincialis, etiam omnium Eccleſiaſticorum, quo abſque auctoritate Papæ ſtatueretur , vt certi generis perſonæ eſſent inhabiles ad Matrimonium contrahendum, ſi aliàs Iure communi eſſent habiles. Et hæc quæ pro vtraque parte allegari poſſunt.

Quo ad Mendicantes , cupientes tranſire ad Monachales ordines , eſt Conſtitutio antiqua cap. 3. & 4. rubr. 6. Extat etiam Extravagans Martini V. quæ incipit: *Viam ambiosè*, de Regul. Vide Hieron. Roderic. *in Comp. quæſt. regul. reſol.* 23. *n.* 7. Navar. *Conſil. lib* 5. *tit. de Apoſtaſia, Conſil.* 1. *n.* 6. *lit. A.* Lud. Miran. *tom.* 1. *q.* 31. *art.* 8. *concluſ.* 1. Prohibetur etiam in Benepictina cap. 36. de Mendicant. & in Bulla Clem. VIII. cap. 1. in fin.

§. III.

PRæterea infirmitate habituali præpediti, vel deformitatis corporeæ notabiliter affecti , vel qui (licet de genere hortum trahant militari) nati ſunt in locis , vbi ſita ſunt *d* Monaſteria (demptis Cænobiis in Civitatibus conſtructis ,) ad Monacharum non recipiantur ; quoſque contra hoc decretum invenerint Abbates in ſuis Cænobiis admiſſos , ante Profeſſionem expellant. Quod ſi negligentes fuerint , aut prædictorum receptio facta fuerit Abbatibus proponentibus , & conſentientibus , expulſio ad Dominos Præſidentes , ſeu ad Viſitatores in actu viſita-

d Antiq. Conſtit. cap. 2. & cap. 8. rubr. 16.

visitationis pertinebit: inobedientes pœnis reprimendo.

CAP. II.

DIscrimina quæ in Suffragiis reddendis ex carne & sanguine forte pullulare possunt, exterminare cupiens S. Congregatio declarat, vt deinceps nullus, infra tertium gradum, consanguineus Abbatis, *e* sive Monachorum eius Conventus recipiatur, in quo senarius non sit præter Abbatem numerus Religiosorum. Monasteria verò huiusmodi numerum excedentia, vnicum tantùm poterunt, sive Abbatis, sive Monachorum consanguineum vsque ad tertium *f* gradum admittere. Consanguinei igitur cõtra hanc dispositionem numerum præfixum excedentes, novissimè admissi, supranumerarii & novitii, expellantur; si professi sint voce activa & passiva careant donec alter consanguineorum desierit esse de numero Monachorum eius Conventus. Eos tamen qui nunc iam Professi sunt, S. Congregatio sub hoc decreto comprehendere non intendit.

e Constit. antiq. cap. 5. rub. 16. & Const. 4. ædita anno 1603. fol. 52.

f Intelligitur inclusivè vt in cap. Statutum 15. de Hæreticis in 6.

CAP.

CAP. III.

§. I.

HIc numerus Monachorum designatur quem de substantia sua Monasterium valeat *g* commodè subvenire. Infra decennium ad habitum infantes non admitti consulit S. Congregatio, vt Monasterio inservire possint, de cuius reditibus sunt nutriendi.

§. II.

ADmissio & Professio Novitiorum fiat proponẽte semper Abbate, sive vnum sive plures (iuxta morẽ Conventum) & consentiente Capitulo, vel vniformiter, vel maiori parte (secundum laudabiles consuetudines Monasteriorum, quibus S. Congregatio non derogat.) Irritanda autem venit, aut revalidanda admissio seu Professio clandestina, quam nõ receperit Abbas, seu eius vices gerens, & sede vacante, Prior vel eius Delegatus; aut si propositio de admissione seu Professione non fuerit facta consentiente maiori parte *b* respectu omnium Capitularium.

§. III.

g Cap. 1. rub. 16. in antiq. Const. Vide Decretum Clement. VIII. apud Quar. verb. *Monasterium & Conventus*, fol. 424. Ric. *in Decis. Curiæ Archiep. Neap. part. 4. decis. 219.* Rodrig. *Quæst. regul. tom. 2. quæst. 48. art. 1.* Azor. *Instit. moral. part. 1. lib. 13. cap. 9. quæst. 1.* Navar. *de Redit. Eccles. q. 1. monitu. 62.*

h Non enim sufficit consensus respectu maioris partis Capitularium præsentium, sed omnium qui vocem habent in Capitulo, aliàs Professio est clandestina Navar. *Consil. lib. 3. tit. de Regul. cons 62. à n. 1.* Menoch. *de Præsumpt. lib. 6. præsumpt. 83. n. 9.* Sà *in Sũ. verb. Religio, num. 65.* Less. *de Ius. & iur. lib. 2. cap. 41. dub. 7. n. 61.* Lap. *alleg. 3. num. 3.* Rodrig. *lib. 3. quæst. 17. art. 7. num. 69.* Revalidabitur autem Professio accedente consensu eorum qui defecerant, sive expresso sive tacito absque novo consensu profitentis, dummodo deferat habitum professi. Navar. *Consil. lib. 3. tit. de Regul. consil. 5. num. 16. 18. & 19. & consil. 6. num. 7.* Innocent. *num. 5.* Henric. *num. 5.* & Ancar. *num. 6. ad cap. Porrectum 13. de Regul.* Rodrig. *tom. 3. Quæst. regul. quæst. 17. num. 12.*

§. III.

PRofessio celebretur peracto integrè anno probationis, *i* & decimo sexto ætatis completo; aliàs iuxta dispositionem Sac. Conc. Trid. nullius erit valoris.

§. IV.

CVrent Abbates & alii Ordinarii tempestivè numerum Monachorum complere. Eorum autem, qui proponere distulerint Novitios, aut Præsidentes aut Visitatores supleant negligentiam. *k*

§. V.

AD prærogativam *l* & ordinem Chori Maioris nullus Iunior admittatur ante vigesimum ætatis annum, nisi ad Collegium mittendus sit; aut aliàs eius sit humilitatis, & maturæ discretionis, vt Abbas æstimet eum, huiusce ordinis dignum.

§. VI.

FOrmam recipiendi Novitios, profitendi & constituendi Monachum in ordine Chori maioris, vt in calce sanctæ Regulæ contentam S. Congregatio renovat & confirmat.

i Constit. antiq. cap. 1. rub. 17 est confusa, & corrupta. Tu vide Conc. Trid. sess. 25. de Regul. cap. 15. Navar. *in Commen. ad cap. Nullam, num.* 45. *not.* 2. *Consil. lib.* 3. *tit. de Regul. consil.* 37. *in princ.* Garc. *de Benef. part.* 11. *cap.* 9. *num.* 6. Barb. *de Iur. Eccles. universs. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 106. Limita in eo qui est proximus morti, vt doctè Bellet. *in Disquis. Cleric. part.* 1. §. 21. *de Bonis Cleric. n.* 11.

k Constit. antiq. cap. 6. rubr. 16.

l Constit. antiq. cap. 3. rub. 7. & immemorialis huius rei est consuetudo ab illa forte deducta dispositione graduum & ordinum, quæ est in Reg. S. P. N. Bened. cap. 63. quam reliquit Sanctissimus Patriarcha liberæ Abbatis constitutioni.

CAP.

CAP. IV.

OMnium Novitiorum cura, *m* regimen, instructio, disciplina, morum coaptatio, sanctæ Regulæ & Constitutionũ studium, virtutum semina, ac spiritualia incrementa ad Magistrum eorundem spectabit, à Dominis Præsidentibus eligendum iuxta decretũ *n* à S. Congregatione emanatum de vniversali Novitiatu erigendo, quorum tum à Magistro, tum à Novitiis observanda in calce huius voluminis irradiant statuta.

m Vide ea quæ de Novitiis disponuntur in Constit. Clem. VIII. quæ incipit: *Regularis disciplinæ*, & eiusdem aliam cuius initium: *Cùm ad Regularem*; apud Quaranta *in Sum. Bull. fol. mihi* 416. & 427.

n Hoc decretum dudum laudabiliter (visa Novitiorum in spiritualibus iactura) edidit S. Generale Capitulum anno 1627. Const. 3. quæ incipit: *Cùm integrum Religionis statum*, fol. 56.

TIT. XX.

De studiis Monachorum.

CAP. I.

EX omnibus Monasteriis S. Congregationis, quos experti fuerint iuniores Monachos, latinæ linguæ peritos, Domini Præsidentes, præeunte examine, ad Collegium eiusdem in Civitate Illerdæ erectum, iubeant transmittere studiorum causa (attentis Collegii reditibus annuis.) Nullus itaque in Collegio à Priore admittatur, nisi expressam Domini Præsidentis

tis adduxerit licentiam: abſolutum enim & indepẽdens in rebus Collegii commiſſum eſt Præſidentibus adminiſtrationis *a* regimen.

a Vide Bullam vnionis pro erectione Collegii in Civitate Illerdæ.

CAP. II.

COllegæ iis ſcientiis incumbant, quas Regularibus ius non prohibet. Nemini tamen liceat Canones proſequi, niſi per quadriennium Theologiæ inſudaverit, adiuncto Dominorum Præſidentium conſenſu: qui etiam exquiratur, quoties Collega, aliuſve Monachus oppoſitionem *b* ſubire in aliqua Vniverſitate contendit. Grammaticam addiſcere quovis prætextu, aut titulo nemini in Collegio liceat, in quo nec Domini Præſidentes poterunt diſpenſare.

b Conſtit. antiq. æditæ anno 1609. cap. 5.

CAP. III.

§. I.

DOminorum Præſidentium erit eligere Priorem, qui Collegio præſit. Eligatur tamen Monachus qui quondam fuerit Collega, ne rerum Collegii ſit expers: exemplo proſpiciendus: prudentia decorus: ne actus litterales erubeſcat, doctrina venerandus: & eius tandem ſpeciei vir, vt ei credi

possint semina, vnde tot sperantur doctrinæ fructus.

§. II.

DE cæteris autem qui à Collegii Priore, & Monachis Collegis observanda sunt, eorumque prærogativis erga formam & modum vitæ, studiorum, & administrationis, æditæ sunt à sacris Capitulis Provincialibus summa lucubratione speciales Constitutiones, quas S. Congregatio hoc decreto innovat & confirmat.

TIT. XXI.

De Sacris Ordinibus suscipiendis.

CAP. VNICVM.

MOnachorum *a* nullus sacris insigniri Ordinibus præsumat, nisi sigillatim quemlibet gradum præcedat districta discussio ætatis à *b* Sac. Conc. Trid. definitæ, vitæ, morum, conversationis, & doctrinæ: exequenda per Abbatem titularem, & sede vacante Abbatiali, per Priorem conventualem: qui demissoriis literis subditum ad Antistitem dirigant ordinantem.

a Bulla Clem. VIII. cap. 21. cum modific. ad vers. *Quo tempore Visitatores*, vti opposit Conc. Trid.

b Sess. 23 de Reform. cap. 22.

TIT.

TIT. XXII.

De clauſura, & reparatione Domorum.

CAP. I.

§. I.

MAgna ſolicitudine curent Abbates, ſeu eorum fungentes officio ad eorum expenſas, quorum de more intererit, Monaſteria conſervare parietibus circumducta: ita vt nulla ex parte acceſſus pateat ad clauſuram, niſi per principale hoſtium. Mulieres autem arceantur à ianua Monaſterii *a* claustro immediatè pervia, iuxta ea quæ ſtatuta ſunt cap. 2. & 3. tit. de Voto Caſtitatis.

a Clem. VIII. cap. 4. de Clauſura, quod modificarunt Commiſſarii Apoſtolici iuxta diſpoſit. cap. 3. tit. de Voto Caſtitatis. Antiq. Conſtit. cap. 5. rubr. 2.

§. II.

AD ſignum Salutationis Angelicæ (paulo poſt) claudantur portæ Conventuum: *b* claves Abbas ſeu eius Prior habeat, vel iuxta Monaſteriorum conſuetudinem, fideli commendet Ianitori. Negligentiam huiuſce rei ſuppleant Domini Præſidentes, & inter viſitandum Viſitatores.

b Clement. VIII. dicto cap. 4. circa med.

CAP. II.

SÆpius domus Officialium revideant Superiores. De reparandis vetustate collapsis, casumvè minantibus, aut aliàs restaurari indigentibus, moneant bis Officialem, legitimis dilationibus concessis; Deinde imposito Sequestro, ex reditibus Officii reficere iubeant *appellatione remota, quo ad effectum* suspensivum. Eandem applicent curam erga Ecclesiam & communes Officinas reparandas, iuxta Conventuum communes proventus. Neglectum huius decreti, & incuriam Abbatum in suis domibus restaurandis Domini Præsidentes, & Visitatores suo casu cohibeant citissimè.

TIT. LXXIII.

De Thesaurario Religionis.

CAP. VNICVM.

§. I.

DE triennio ad triennium Monachus Thesaurarius Religionis à Dominis

Præ-

Præsidentibus in Capitulo Generali proponendus est, per maiorem partem Capitularium confirmandus. Hic solicitus sit commune Religionis vectigal ab omnibus Abbatibus & Officialibus, iuxta solitam taxationem tempestivè exhaurire : & in charitativum subsidium pro laboribus exactionis, habeat duos solidos de qualibet libra exigenda.

§. II.

DE negligentia Abbatum & Officialium in solvendis taxationibus Thesaurarius alterum ex Dominis Præsidentibus certiorem faciat. Præsidens mandatum de solvendo sub certis pecuniariis pœnis infra destinatum tempus iubeat expedire : quo elapso, ad executionem pœnarum, & principalis solutionis per sequestrem procedatur, donec satisfiat. Ad Thesaurarium autem, totius exactionis in fine triennii transferatur onus solvendæ, licet pars aliqua extiterit insoluta : nisi diligentia superius expressa se purgaverit.

TIT. XXIV.

De Pœnis.

CAP. I.

POEnæ ordinariæ contra delinquentes Religiosos commensuratæ culpis, tùm in corpore iuris Canonici, cùm in sancti Patris Regula, & Constitutionibus sancitæ extant: iuxta quas procedant Abbates, & alii Superiores in excessus subditorum. Exprimere autem decrevit S. Congregatio in Monachos Conspiratores *a* statutum huiusmodi. Vt primum huius criminis extiterit delatura, reus carceribus mancipetur: deinde iudicialiter procedatur. Convictus seu confessus ad aliud transmittatur Monasterium recludendus, donec per pœnitentiam iniunctam ea dederit humilitatis signa, vt ex eius actibus, & officiis, perturbationem nullam Congregatio subsequi provideat. Conspirator dicitur, qui in personam, & vitam Prælati sui *b* aliquid grave machinatur: vel in statum, institutum, prærogativas, privilegia S. Congregationis ea molitur officia, vnde communis dissolvatur pax, aut Conventus destructio immineat.

a Bulla Bened. XII. cap. 38. Constit. antiq. cap. 1. rubr. 24.

b Salzed. *in Pract. crim. Canon. verb. Conspiratores, cap.* 118. *per tot.*

Acce-

Accedens etiam ad Curias Principum, cum intentione nocendi *c* Prælatis, & Monaſteriis S. Congregationis, vt conſpirator puniatur.

CAP. II.

OFficiales, & Adminiſtrationem habentes multare poterunt Superiores pœnis pecuniariis, Sacriſtiæ applicandis *d* iuxta delicti qualitatem, & delinquentis conditionem; niſi aliàs ſit crimini deſtinata pœna. Igitur quoties in Iure Canonico, in Regula ſancti Patris, vel in Conſtitutionibus, nec generaliter, nec ſpecialiter pœna eſt conſtituta, aut aliàs plene non conſtat de delicto, arbitraria vti poterunt Superiores. In infligendis pœnis circunſpiciantur delicti qualitates, & cauſæ: delinquentis, & offenſi conditiones: damnum illatum: loci & temporis circumſtantiæ; *e* ex quibus creſcit vel decreſcit ratio offenſæ. Semper autem meminerint Abbates & alii Superiores naturæ *f* imbecillitatis; & non vt mere Iudices; ſed vt Patres puniant. Nec fraterna correctio *g* quando ea vti oportet (vt infrà conſtituitur) prætermittatur. Sit igitur cum manſuetudine rigor, cum miſe-

c Hoc idem ſub excommunicationis pœna prohibet Clem. in agro 1. de Stat. Monach. Vide Filiuc. *tract.* 14. *cap.* 8. *quæſt.* 6. *num.* 140. Bonacin. *de Cenſuris extræ Bul. diſp.* 2. *quæſt.* 8. *punct.* 9. Suarez *tom.* 5. *de Cenſuris, diſput.* 23. *ſect.* 5. *num.* 6.

d Conſtit. antiq. cap. Cum ſit, edita anno 1603. cap. Dilectus, de Officio ordinarii, & ibi Cardinal. & Hoſtien. cap. Vt Clericorum, de Vita, & honeſtat. Cleric. & ibidem Abbas *num.* 10. Iul. Clar. *in Practic. crim. quæſt.* 80. §. *fin.*

e Cap. Sicut dignum, de Homicidio voluntario. D. Thom. *prima ſecundæ, quæſt.* 73. *art.* 8. Rodrig. *Quæſt. Regul. tom.* 2. *quæſt.* 22. *art.* 4. Diaz *in Prax. crimin. Canon. cap.* 149. *num.* 2. Covarruv. *Var. reſol. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 8. Navar. *in Rubr. de Iudiciis, n.* 99.

f Reg. S. P. N. cap. 27. verſ. *Noverint enim.*

g Reg. S. P. N. Bened. cap. 23. & 27. & 48.

misericordia *h* iudicium, & cum lenitate severitas adhibeatur.

h Concil. Trid. sess. 13 de Reformat. cap. 1.

CAP. III.

§. I.

IN delictis notoriis, aut scandalum generantibus, aut vbi pars læsa iuris experiundi causa proclamaverit, informationes recipiant Abbates: & rite, ac rectè compilato processu, lataque sententia, correctionem in reum, vt est actus iustitiæ, *i* iuxta allegata probata, exerceant. Quòd si crimen fuerit occultum, instantia nulla, tunc non leviori susurro (præsertim in delationibus incontinentiæ) ad inquisitionem, & iudicium intempestivè pervolent; Plus enim decoris Religioni detrahitur, quàm medelæ delinquenti confertur. Primo igitur Abbates & alii Superiores Monachum de crimine suspectum, iuxta præceptum Domini, *k* paterna, *l* leni, ac miti correctione moneant; (in multis enim offendimus omnes.) *m* Delicto longius procedente, tunc coram duobus Monasterii senioribus reum arguant, *n* & obsecrent, miscentes terroribus blandimenta.

i D. Thom. *secundæ secundæ, q. 33. art. 1. in corp.*

k Matth. 18. cap. Omnes decimæ 17. quæst. 7. cap. Flagellator 6. q. 4. cap. Novit, de Iudic.

l Ad Galat. 6. 1. secund. ad Timoth. 2. 24.

m Iacob. 3. 2.

n 1. Petri 2. 11. secund. ad Corinth. 4. 20. ad Timoth. 1. 9. Concil. Trid. vbi sup. cap. 1.

Deinde

Deinde apud totum Capitulum increpent: Præterea ad aliud transferant Monasterium. Quo prudentissimo remedio *o* (si adsit gravitas in delicto, aut non speretur citò correctio, vel timeatur publicitas) vtantur Superiores: quo fit, vt consurgentes scintillæ, fomite peccati subtracto, tempore suffocentur: pars læsa in quacunque specie delicti, exule reo mitescat: & tandem vapores illi in Religionis candorem è iudicio criminali insurgentes, evanescent. Quod si hæc suaviora fomenta vlcus altius actum potius nutriant, quam rescindant, statim Superiores ad iudiciales se convertant actus: & iuxta excessum culpæ, & incorregibilitatis *p* proferant sententiam.

o Antiq. Const. cap. 1. rubr. 25.

p Regul. S. P. N. Bened. cap. 28.

§. II.

MOnachum causa pœnitentiæ transmissum ad aliud Monasterium, eius Ordinarius benignè suscipiat. Quod si iustas habeat rationes recusandi, eas ad Dominum Præsidentem devolvat: qui suum reddet summarissimè iudicium, cui obtemperandum. Interim autem Monachus in eo Monasterio, ad quod est translatus, sistat pœnitentiam exequens sub obedientia Prælati recusantis;

commune enim & æquale, vltro, citro bonum ex hoc statuto, Religioni, & Superioribus pullulat.

TIT. XXV.

De Constitutionibus.

CAP. I.

IMmensa, quæ ex hiis decretis præstolantur disciplinæ regularis, ac reformationis incrementa, sacrum Generale Capitulum movent ad obseruantiam eorum ex corde desiderandam. Ideò omnibus Abbatibus, & Superioribus ardenter iniungit, vt in iisdem complendis, & exequendis, totum adhibeant pectus: transgressores iuxta pœnas statutas, statim comprimendo. Et enixè S. Congregatio Dominis Præsidentibus, qui nunc sunt, in futurùmque erunt, commendat vigilantiam in supplendis super his, ac coercendis Prælatorum negligentiis; à minori enim neglectu, ad maiora sensìm delabitur: quod quidém cùm in omnibus, longè tamen in transgressione legis pernicioſissimũ. Timeant igitur æternum iudicium, & omnipotentis

Dei

Dei maledictionem ii primi, qui laxis habenis, alias iuxta descriptam disciplinæ Regularis methodum à Prælatis moderandis, consuetudines, seu potius abusus in contrarium adduxerint, quo posteris abutendi sacris Constitutionibus occasionem præbeant: vt inde ad vniversum institutum convellendum fiat transitus. Ergò quisquis Monachorum qui Superiori secundum Constitutionem imperanti, iugum excutiens, superbo illo, & inobedientiæ pleno responso fuerit vsus: *Statutum non est in vsu*, statim carceribus mancipetur, & severissimè puniatur.

CAP. II.

NEc Dominis Præsidentibus, nec sacro Definitorio liceat Constitutionem aliquam abrogare, derogare, vel novas condere. Cùm autem dubium insurrexerit, ad Dominos Præsidentes, & Sacram Iuntam absque strepitu & litigio res devolvatur: quorum solius erit declarare Constitutionem; declarationis vero intellectus in quantum litera permittat iuxta statutum sit. Cui declarationi factæ per Dominos Præsidentes & Sacrum Definitorium parendum iubet S. Congrega-

tio appellatione remota quo ad effectum suspensivum, vsque ad immediatè futurum Capitulum Generale.

CAP. III.

ANimarum saluti consulens S. Congregatio declarat nullam prædictarum Constitutionum ex vi præcisè dispositionis obligare ad culpam, [a] sed ad pœnam nisi expressè cautum sit per censuras: aut alias ex dispositione Iuris Pontificii, seu ex gravitate materiæ de qua agitur, censura Ecclesiastica graveve peccatum, transgretione, exhauriatur.

LAUS DEO.

D. D. Fr. Franciscus Blasco de la Nuça Abbas S. Ioann. de Pinna Præsidens.

D. Fr. Iacobus Climent Abbas S. Salvatoris de Breda Præsidens.

D. D. Fr. Franciscus Bernardus de Pons Abbas S. Petri Bisuldini Præsidens.

Fr. Antonius Climent Phil. Mag. Prior. S. Petri Roden. Gener. Capituli Secretarius.

IN-

[a] Bulla Clemen. VIII. cap. 22. Constit. antiq. cap. Licet 1. & 2. rub. 27. Panormit. *in cap. Cum olim, n. 5. de Cleric. coniugat.* & *in cap. Clericus notab. 2. de Cohabit. Cleric.* Hostien. *in cap. Romani, §. Sed nec, de Sententia excommunicationis in 6.* Ioan. Andre. & Geminian. *in cap. Constitutionem, eod. tit. in 6.* Iason *in L. Quod iussit, n. 42. ff. de Re Iudic.* Covar. *in cap. Alma mater, n. 10. de Sentent. excom. in 6.*

INTERROGATORIA OBSERVANDA PER Dominos Visitatores inter visitandum Monasteria Virorum S. Congregationis.

1 SI est certus numerus Monachorum in Monasterio : completusque nunc invenitur.
2 Si omnes Monachi sunt Prælato suo obedientes.
3 Si est aliquis in Monasterio rebellis, & conspirator.
4 Si Abbas suos Monachos charitative, paternaque affectione tractat.
5 Si Abbas in Monasterio continuam residentiam facit.
6 Si per noctantibus extra Monasterium licentiæ in scriptis dantur, termino revertendi præfixo.
7 Si feria quinta in Cœna Domini se expropriant per traditionem clavium: & feria secunda post Pentecosten per memoriale reddunt rationem suarum administrationum.
8 Si quispiam est de peccato incontinentiæ publicè difamatus.
9 Si reditus suarum administrationum in illicitos vsus convertunt.

10 Si mulieres in Monaſterio cohabitant, vel clauſuram ingrediuntur.

11 Si divinum Officium nocturnum pariter & diurnum ixta ritum Romanæ Eccleſiæ ſolemniter, devotè, & cum aſſuetis luminaribus celebratur.

12 Si Miſſæ & Anniverſaria tempeſtivè celebrãtur.

13 Si orationi mentali quotidie, conventualiter, & per dimidium integrum horæ, præcedente pia lectione, Monachi vacant.

14 Si iis & cæteris divinis Officiis Monachi interſunt.

15 Si *Pretioſa* in Capitulo ſolvitur: caput Regulæ, & Conſtitutionum legitur: fiuntque ibi à Prælato regulares correctiones.

16 Si per omnia Sabbata Prælatus exponit vulgari ſermone caput Regulæ & Conſtitutionum.

17 Si ſervatur ſilentium in Choro, Capitulo, Refectorio, & horis ſolitis in clauſtro & dormitorio.

18 Si ſunt Confeſſores aſſignati & Monachi non Presbyteri confitentur & communicant ſimul diebus per Conſtitutionem deputatis: & ſi Sacerdotes frequenter celebrant.

19 Si Eccleſia veſtibus, libris, atque ornamentis eſt ſufficienter ornata, & in Inventario deſcripta ſervantur.

20 Si omnes Monachi in Adventu & Quadrageſima comedunt in Refectorio.

21 Si Monachi clauſtrales dormiunt in dormitorio vel in ſuis cellis ſinguli, & Officiales in ſuis domibus cum tunica, femoralibus, & ſcapulari.

22 Si feria quarta cuiuſvis hebdomadæ, & in Adventu à carnibus ſe abſtinent.

23 Si portiones ſolvuntur integrè in qualitate, & quantitate, & tempeſtivè.

24 Si hoſpites charitativè ſuſcipiuntur, & pauperes miſericorditer tractantur.

25 Si Monaſterium eſt bene muris & parietibus clauſum; & eius Ædificia tam publica quàm privata ſunt in debito ſtatu; vel ſi in ruinam tendunt.

26 Si hora, iuxta Conſtitutionem diſpoſita, portæ Monaſterii, clauduntur, & claves ſub fideli cuſtode ſervantur.

27 Si Monachi induunt veſtibus ſericis, aut aliis inhoneſtis.

28 Si deferunt, vel retinent in Conventu arma prohibita; homines facinoroſos in eo admittunt: ac ludunt ludis prohibitis.

29 Si eſt aliquis qui ad Collegium, ſtudiorum cauſa, tranſmitti poſſit idoneus.

30 Si eſt in Monaſterio aliquis Profeſſus, vel Novitius illegitimus; vel Novitius corpore deformis,

formis, aut in Villa vbi ſitum eſt Monaſterium natus.

31 Si Novitii ſtatim poſtquam induerunt habitũ, ad Novitiatum Religionis transferuntur.

32 Si aliquid eſt de reditus Monaſterii alienatum, aut pignori traditum.

33 Si Capibrevia & inſtrumenta in loco tuto cuſtodiuntur: & ſi in Monaſterio eſt Archivus publicus.

34 Si eſt in Conventu theca communis, vel opus commune ad Monaſterium pertinens, de quo reddant computa Adminiſtratores illius: & ſi huic adminiſtrationi, ſeu thecæ aliqui ſunt obnoxii, & debitores.

35 Si poſt feſtum Pentecoſten celebratur annuum Capitulum, in quo de obſervatione Conſtitutionum, & diſciplinæ regularis: de ſtatu, & litibus Monaſterii, & officiorum agatur.

36 Si omnes Officiales ſolvunt onera ſuarum adminiſtrationum.

37 Si quæ ordinata fuerunt in præterita Viſitatione, fuerunt providè, & in effectu exequuta.

38 *a* Si Syndicus qui pro parte Monaſterii ſacro interfuit Generali Capitulo denuntiavit Monaſte-

a Nova interrogat. diſpoſit. à S. General. Cap. celeb. Barcin. anno 1682. ſeſſ. habit. 8. Maii.

nasterio Ordinationes à Sacro Generali Capitulo factas.

39 *b* Si defuncto Abbate Capitulum certiorem facit alterum ex Dominis Præsidentibus, & si in administratione Spoliorum omnis cura adhibetur.

40 *c* Si Iurisdictiones emphytheotecariæ, reditus, & emolumenta tam ad Abbatialem Dignitatem, quam ad officia, bonumque commune Monasterii pertinentia tempestive capibreviantur; & si fora, iura, ac Privilegia Monasterii omni cura retinentur, ac defenduntur.

P *INTER-*

b Sac. General. Cap. celeb. Barcin. anno 1674. sess. habit. 11. Maii.

c Sac. General. Cap. celeb. Barcinon. anno 1737. sess. habit. 24. Maii.

INTERROGATORIOS QUE OBSERVAN los Señores Visitadores en las Visitas de los Monasterios de Religiosas de nuestra sagrada Congregacion.

1 SI en el Convento ay cierto numero de Religiosas; y si este oy se halla en él por entero.

2 Si la Señora Abadesa trata con afecto y amor las Religiosas: y si èstas la obedecen y veneran: sujetandose las menores à las mayores con respeto.

3 Si el Iueves Santo se desaproprian entregando las llaves de sus administraciones, y casas à la Señora Abadesa: y assi mismo el Lunes de Pasqua de Espiritu Santo se desaproprian por memorial con individuacion de todo lo que administran.

4 Si gastan los reditos de sus administraciones en cosas superfluas, ò profanas: y si reciben cosa considerable sin expressa licencia de la Señora Abadesa.

5 Si la Señora Abadesa dos vezes alomenos al año visita las casas, y oficinas comunes, prohibien-

hibiendo, y quitando todo lo profano y ſuperfluo que hallàre.

6 Si ſe celebran todos los dias los Oficios divinos con devocion, veneracion, y ſilencio; con aſſiſtencia de todas las Religioſas.

7 Si en el Capitulo ſe lee la *Pretioſa*, vn Capitulo de la Regla de N. P. S. Benito, todos los dias: y las Conſtituciones en vulgar las vezes que en ellas ſe diſpone.

8 Si dicha la *Pretioſa* en el Capitulo, la Señora Abadeſa haze ſus correcciones regulares, conforme pareciere que conviene.

9 Si confieſſan y comulgan los dias que diſponen las Conſtituciones: y ſi tienen Confeſſores deſtinados.

10 Si todas viven con el recato y pureza que pide Chriſto en ſus Eſpoſas; ò ſi en ſus acciones ocaſionan alguna murmuracion.

11 Si los veſtidos y tocados ſe acompañan con el eſtado de Religioſas, ſin ſedas, lazos, ò otro adorno que ſe oponga à lo que profeſſaron.

12 Si leen libros profanos, ò ſi los ay en el Convento.

13 Si ay Religioſa Mayor deſtinada para governar y enſeñar las Novicias.

14 Si en la otorgacion, y admiſſion de las Novi-

cias se observa lo que mandan las Constituciones sobre esto.

15 Si las Novicias salen del Convento sin licencia de los Señores Presidentes y Abadesa, dada en escrito, y precisamente solo para las causas expressadas en las Constituciones.

16 Si el Convento està bien cerrado con muros, ò paredes altas, y las ventanas con rexas: y si las casas y oficinas necessitan de reparo.

17 Si ay Religiosa Mayor, que tenga cuydado de abrir y cerrar la puerta del Convento con puntualidad y vigilancia.

18 Si la puerta està continuamente cerrada, sino es por causas precisas à discrecion de la Señora Abadesa: y si èsta guarda las llaves à las noches.

19 Si quando entran Confessores, Medicos, Cirujanos, ò otros Oficiales de la casa, los acompaña siempre vna Religiosa Mayor hasta que salen: con las demàs circunstancias dispuestas sobre esto en las Constituciones.

20 Si quando reciben Señoras encomendadas, ò criadas, se guarda lo que disponen las Constituciones.

21 Si frequentan los locutorios: visitas de cumplimiento, y de personas con quien no tengan parentesco; y aun con èstas si admiten visi-

ta ſin expreſſa licencia de la Señora Abadeſa.

22 Si la Señora Abadeſa tiene ſiempre en ſu poder las llaves de los locutorios.

23 Si quando ſe celebran los Oficios divinos, ſe abren los locutorios, y admiten viſitas, eſpecialmente en la Igleſia.

24 Si el Adviento y Quareſma comen en Refetorio, acompañando la comida con alguna lección eſpiritual.

25 Si todos los Miercoles ſe abſtienen de comer carne.

26 Si todos los dias tienen media hora entera de Oracion mental, empezandola, leyendo alguna meditacion breve y devota.

27 Si todas las Religioſas duermen divididas en el dormitorio, veſtido el eſcapulario: y ſi la Abadeſa le cierra todas las noches, y guarda las llaves.

28 Si ſe guarda ſilencio en el Coro, Refectorio, y à ſus horas en el clauſtro, y dormitorio.

27 Si la Señora Abadeſſa tiene todo cuydado con las Religioſas enfermas, proveyendo lo neceſſario para la enfermedad.

30 Si ay Archivo, y Archivera que cuyde dèl; y ſi los autos è inſtrumentos del Convento eſtàn con orden y buena diſpoſicion en el Archivo.

31 Si el Procurador de las rentas del Convento

es ſolicito en cobrarlas: ſi deve al Monaſterio; ò èſte à èl: ſi ſe le definen las cuentas de dos en dos años con las circunſtancias que mandan las Conſtituciones.

32 Si el dote que en ſubſidio dàn las Religioſas al Convento, es ſegun eſtà taſſado en las Conſtituciones: y ſi los convierten en juros, ò cenſales que tengan ſeguridad.

33 Si la Igleſia y Sacriſtia tiene Ornamentos decentes, y en numero ſuficiente, y libros, &c. y ſi hay Religioſa à cuyo cargo eſtèn las coſas de la Sacriſtia.

34 Si ſe pagan fielmente en quantidad y calidad las porciones.

35 Si todas hazen puntualmente las obligaciones de ſus Oficios.

INDEX RERUM.

A

ABbas qualis & quantus sit: eius munera & officia, cap. 1. tit. 5.

Abbates continuam residentiam debent facere in suis Monasteriis, cap. 2. tit. 5.

Abstinentia à carnibus præcipitur Abbatibus & Monachis à prima Dominica Adventus, vsque ad diem Nativitatis Domini, & feria quarta cuiusvis Hebdommadæ, cap. 1. tit. 18.

Advocare non possunt Monachi nisi de licentia Superioris, cap. 6. tit. 17.

Alienare, hypotecare, seu stabilire bona suorum officiorum non possunt Monachi, cap. 10. tit. 3.

Appellare quibus ex causis liceat Monachis, & ad quem, cap. 4. §. 3. tit. 6.

Appellationis in secunda instantia solus Præsidens est Iudex; secus in tertia instantia, cap. 5. tit. 6.

vt appellare possit Monachus infra tempus, quo remedio vti potest, cap. 6. tit. 6.

Arma deferre, vel in Conventu habere Monachis prohibitum, cap. 4. tit. 17.

BIBLIOTECA PUBLICA OLOT

Bona

B

Bona Adventitia Monachis, cui acquirantur; & quid obſervandum in hoc caſu, cap.6. tit.3.

C

Caſtitatis effectus, cap.1. tit.2.
Caſus reſervare poſſunt Superiores ad libitum, cap.1. §.2. tit.13.
Clauſtrales Monachi qui dicantur, cap.1. tit.3.
Clauſtrales poſſunt habere Adminiſtrationē de licentia Superioris ad nutū revocabilē, c.4.tit.3.
Clauſtrales quid obſervare debent quoties eis aliquid elargitur, cap.5. §.1. & 2. tit.3.
Clauſuræ nomine, quam mulieres ingredi non poſſunt, quid intelligatur, cap.2. §.1. tit.2.
Clauſuræ nomen, qua egredi non poſſunt Monachi abſque expreſſa licentia Superioris, quid cōprehendat, cap.3 §.1.tit.1.& cap.2.§.4.tit.16.
Monacho prohibetur ingredi domos ſeculariū iuxta clauſuram ſitas, cap.3. §.3. tit.1.
Capitulum Generale celebratur de triennio ad triennium die tertia Maii, cap.1, tit.9.
Capitulum Generale duobus triennis celebratur in Cathalonia, & altero triennio in Regno Aragonum, cap.2. tit.9.
Capitulo Generali qui interſint, cap.3. tit.9.

Pœna eorum, qui perſonaliter non interſunt Capitulo Generali, cap.3. tit.9.
In Capitulo Generali non admittitur Procurator duorum Conventuum, cap.4. §.1. tit.9.
In Capitulo Generali ſedent Abbates ſecundum eorum antiquitatem à die poſſeſſionis Abbatiæ, cap.6. tit.9.
Ordo celebrandi Capitulum Generale, & de quibus in eo agitur, cap.7. à §.1. ad 10. tit.9.
Capitulum Annuum celebrandum feria quinta in Cœna Domini, & feria ſecunda poſt Pentecoſten, cap.6.§.1.& 2.tit.3.& cap.1.§.1.& 2.tit.10.
In Capitulo nec vocem activam nec paſſivam habent Monachi Subdiaconatus ordine non inſigniti, cap.3. tit.10.
A Capitulo excluduntur Clerici ſeculares cap. 3. tit.10.
Quotidie in Capitulo poſt *Pretioſa* legitur Caput Regulæ & aliquid Conſtitutionis, cap. 2. tit.10.
Confeſſores deſignat Capitulum Generale Monialibus S. Congregationis, cap.1. §.1. tit.13.
Confeſſores nominant ſuperiores in ſuis Monaſteriis pro audiendis ſubditorum Confeſſiones, cap.1. §.1. tit.13.
Confeſſoribus deſtinatis non conſtringuntur Monachi, & Moniales confiteri, cap.1. §.1. tit.13.

Confiteri & comuunicare quibus diebus debent Monachi non Presbyteri, cap.2. tit.13.
Ad Colegium transmittendi sunt Monachi de licentia Præsidentis, cap.1. tit.20.
Collegæ non transmittuntur nisi latina lingua sint periti, præeunte examine, cap.1. tit.20.
Collegæ Canones non audiant, nisi prius Theologiæ insudaverint, cap.2. tit.20.
Conspirator quis dicitur, & quam pœnam incurrit, cap.1. tit.24.
Coronam deferant Abbates & Monachi duplo maiorē sacerdotibus secularibus, cap.3.tit.16.
Correctionibus regularibus reprimant defectus Superiores in Capitulis quotidianis dicta *Pretiosa*, cap.2. tit.10.
Correctionem fraternam non debent omittere superiores, cap.2. & 3. tit.24.
In corrigendis subditis quæ obseruanda sunt, ibid.
Constitutiones antiquæ reformantur. In Procem.
In superiores negligentes obseruantiam Constitutionum, Præsidentes animadvertant, c.1.t.25.
Qua pœna puniatur Monachus qui dixerit *Constitutionem non esse in vsu*, cap.1.tit.25.
Constitutionem abrogare non possunt Præsidentes; sed tantum declarare vnà cum sacro Definitorio, cap.2. tit.25.

Con-

Conſtitutiones in vi præciſsè ſtatuti non obligant ad culpam, cap. 3. tit. 25.
Curatores eſſe prohibetur Monachis, cap. 6. tit. 17.

D

Delegare ſeculares Clericos non poſſunt ſuperiores, cap. 3. §. 2. tit. 5.
Delegare quos poſſint Præſidentes, cap. 12. tit. 6.
Depoſiti nomine nec Abbates nec Monachi poſſunt habere apud conſanguineos res ſuarum adminiſtrationum, cap. 11. tit. 3.
Deſaproprium facere debent Monachi feria quinta in Cœna Domini, & feria ſecunda poſt Pentecoſten, cap. 7. §. 1. tit. 3.
Deſaproprium in ſcriptis conficiendum in infirmitate, cap. 8. §. 1. tit. 3.
Deſaproprium quomodo fit in infirmitate, cap. 8. §. 2. tit. 3.
In deſapropriis non licet relinquere legata etiam ad pia opera, cap. 9. tit. 3.
Diſtributiones quibus ex cauſis conceduntur abſentibus, cap. 3. §. 2. tit. 15.
Donationes immoderatæ prohibitæ Monachis & quæ dicantur immoderatæ, cap. 3. tit. 3.
Donatio, quæ dicitur inter mortuos illicita Monacho Adminiſtratori, quia eſt condicionata, &

& includit animum retinendi non ſequuta morte, contra actum deſaproprii, cap. 9. tit. 3.
Per donationem inter mortuos Monachus magis vellet ſe habere, quam eum, cui donat, ſi mors non accidit; ſequuta vero morte magis vult eum habere, cui donat quam Monaſterium, cap. 9. tit. 3.
Domus officialium viſitare debet Abbas, & iubere, vt reſtaurentur, cap. 2. tit. 22.
Dormire debent Monachi ſinguli in ſuis Cellis, Officiales in ſuis domibus, & cum ſcapulari, cap. 2. tit. 17.

H

Habitus Abbatum & Monachorum honeſtus: externus niger: internus aut niger aut brunus, cap. 2. & cap. 1. §. 1. tit. 16.
Habitus materia, ibid.
Forma habitus Monachorum externa & interiorandum, cap. 1. §. 2. tit. 16.
Forma habitus Monachorum in Choro, Proceſſionibus, & in Capitulo, cap. 1. §. 3. tit. 16.
Forma habitus Monachorum deferendus intra Clauſuram, ibid. §. 4.
Habitus Abbatum & Monachorum intra Clauſuram idem in forma colore & materia, cap. 1. §. 1. tit. 16.

Habitus Abbatum extra Monaſterium, cap. 1. §. 5. tit. 16.
Monachus deferens habitum occultum, excommunicatur, cap. 2. §. 2. tit. 16.
Habitum lugubrem induere non licet, cap. 2. §. 6. tit. 16.

I

Incarcerato Monacho infra triduum notificanda cauſa incarcerationis, cap. 7. tit. 6.
Incontinentiæ ſuſpitiones, quomodo purgandæ, cap. 3. §. 1. tit. 24.
Ieiunium in pane & aqua præcipitur feria ſexta in Paraſceven, cap. 1. tit. 18.
Ieiunium conſulitur inſtar vigiliarum in honorem B. Virginis Mariæ, & S. P. N. Benedicti, cap. 2. tit. 18.
Infantes de ſacro fonte ſuſcipere prohibitum Abbatibus & Monachis, cap. 5. tit. 17.
S. Iunta, ſeu S. Definitorium ex quibus perſonis componatur, cap. 1. §. 1. tit. 7.
In S. Iunta quæ reſolvenda veniunt, cap. 1. §. 2. tit. 7.
Vbi congreganda, ibid.
In defectum abſentium à S. Iunta poſſunt alii ſubrogari, cap. 2. tit. 7.
Qui S. Iuntæ aſſiſtunt debent iuramentum præſtare

ſtare de non relevando, cap. 3. tit. 7.
Duodecim Definitores S. Iuntæ nominantur in Capitulo Generali, cap. 7. §. 9. tit. 9.

L

Licentiam debent Monachi à ſuperiore perſonaliter exquirere, vt clauſura egredi poſſint, cap. 3. §. 1. tit. 1.
Licentia in ſcriptis eſt danda quoties extra Monaſterium pernoctat Monachus, cap. 3 §. 1. tit. 1.
Licentiam confirmare debet Præſidens ſi extra Provinciam proficiſcitur, cap. 3. §. 1. tit. 1.
Ludus Alearum & taxillorum prohibitus Abbatibus & Monachis, cap. 3. tit. 17.

M

Mandata Procuratorum non admittuntur in Capitulo Generali cum clauſula proteſtandi, cap. 4. §. 1. tit. 9.
Mandata in Capitulo Generali quomodo examinanda, cap. 4. §. 2. tit. 9.
Miſſam frequenter ſacerdotes Monachi celebrare debent, cap. 2. tit. 13.
Mulierum cohabitatio Abbatibus & Monachis interdicta, cap. 2. §. 1. tit. 2.
Mulieres non poſſunt Clauſtra Monaſterii intrare, cap. 2. §. 1. tit. 2.

Mu-

Mulieribus clauſuram ingredi quando liceat, cap. 3. tit. 2.

N

Novitii eligendi docil es, & bonæ indolis, cap. 1. §. 1. tit. 19.

Novitius illegitimus expellendus, cap. 1. §. 2. tit. 19.

Niſi diſpenſaverit Generale Capitulum in certa ſpecie illegitimitatis, ibid.

Novitii corpore viciati ſeu infirmitate habituali affecti expellendi ſunt, cap. 1. §. 3. tit. 19.

Novitii nati in Villis, vbi Monaſteria ſunt ſita ante profeſſionem exuendi, cap. 1. §. 3. tit. 19.

Quot Novitii conſanguinei Abbatis, vel Monachorum in Monaſterio admitti poſſint, cap. 2. tit. 19.

Infra decennium Novitios non admittendos fore conſulitur, cap. 3. §. 1. tit. 19.

Modus admittendi Novitios, cap. 3. §. 2. tit. 19.

Abbates cito proponant Novitios ad loca vacantia, cap. 3. §. 4. tit. 19.

Novitii eſſe debent ſub regimine Magiſtri Noviciatus Religionis, cap. 4. tit. 19.

Obe-

O

Obedientia perfecta in quo consistit? cap. 1. tit. 1.
Debet esse prompta, cap. 2. tit. 1.
Nullus Monachorum ab obedientia eximitur, cap. 2. tit. 1.
Officium Divinum devote celebrandum, cap. 1. tit. 11.
Omnes debent assistere Divinis Officiis, ibid.
In recitando Officio Divino vsus & ritus Breviarii Romani observandus, cap. 2. tit. 11.
Officia peculiaria Sanctorum quæ in Congregatione recitantur, cap. 3. tit. 11.
Orationi mentali quotidie, & simul vacare debent Monachi, cap. 4. tit. 11.
Ordinibus sacris initiandus quomodo ad Antistitem ordinantem dirigatur, cap. 1. tit. 21.

P

Paupertatis Voto quibus renuntiavit Monachus, cap. 2. tit. 3.
Stante Voto Paupertatis est capax Monachus obtinendi Abbatias & Officia regularia, cap. 3. tit. 3.
Vnde stante Voto Paupertatis potest Monachus possidere vti & administrare bona officiorum, cap. 3. tit. 3. quia non possidet nomine pro-

proprio ſed Monaſterii de licentia Superiorum, ibid.
Aliud enim eſt eſſe dominum, & aliud eſſe poſſeſſorem nomine alterius & ad nutum eius, cap.3. tit.3.
Pauperibus & hoſpitibus piè ſubveniendum, cap.2. tit.17.
Pœna pecuniaria imponi poteſt & quando? cap.2. tit.24.
Pœna inobedientis, cap.4. §.1. tit.1.
Contumacis, ſeu rebellis, cap.4. §.2. tit.1.
Fugitivi, cap. 5. tit. 1.
Incorrigibilis & quando incurratur, cap.6. §.1. & 2. tit.1.
Pœna admittentium mulieres intra clauſuram, vel cum eis cohabitantium, cap.2. §.3. tit.2.
Pœna Propietarii, cap.12. tit.3.
Pœnitentiæ cauſa poteſt Monachus tranſmitti ad aliud Monaſterium, cap.3. §.1. tit.24.
Et eſt admittendus ab Ordinario eius Conventus, cap.3. §.2. tit.24.
Portæ Monaſterii clauduntur ad ſignum orationis Angelicæ, cap.1. §.2. tit.22.
Præſidentes in Congregatione tres, cap.1. tit 6.
Horum electio canonica, ibid. & cap.4. tit.9.
Qui poſſunt eligi in Præſidentes, cap. 2. tit. 6.

Mortuis Præsidentibus, est Præsidens Abbas Antiquior, cap. 3. tit. 6.
In defectum Abbatum, Monachi possunt concurrere ad Præsidentiam, cap. 2. tit. 6.
Præsidentes in suis Monasteriis solum habent iurisdictionem ordinariam, cap. 4. §. 1. tit. 6.
Sunt Iudices causarum appellationum, cap. 4. §. 2. tit. 6.
Semper audiant Monachum supplicantem, cap. 4. §. 3. tit. 6.
Præsidentium potestas admissa appellatione, cap. 4. § 4. tit. 6.
Præsidentes sunt Iudices causarum civilium inter superiorem & subditos, cap. 8. tit. 6.
Supplent negligentias Abbatum, cap. 9. tit. 6.
Vnà cum sacro Definitorio de delictis Abbatum cognoscunt, cap. 10. tit. 6.
Præsidentium est visitare extraordinariè Monasteria, & quomodo, cap. 11. tit. 6.
Quibus, & ad quæ delegare possunt Præsidentes, cap. 12. tit. 6.
Præsidens Antiquior solus proponit consultis aliis, in Capitulo Generali, cap. 6. tit. 9.
Medium occupat locum in ordine sedendi, ibid.
Quis dicitur Antiquior Præsidens, ibid.

Mo-

Modus eligendi Præsidentes, cap. 7. §. 5. tit. 9.
Prioris Claustralis, & Conventualis iurisdictiones, & electiones, cap. 3. §. 1. tit. 5.
Debent esse legitimi, ibid.
Prioris Collegii nominatio ad Præsidentes spectat, cap. 3. §. 1. tit. 20.
Eius qualitates, ibid.
Procurator Generalis Religionis in Capitulo Generali nominatur, & quomodo, cap. 7. §. 9. tit. 9.
Procuratores qui assistunt in Capitulo Generali, vide verb. *Mandata*.
Procuratoris Officium prohibitum Monacho, cap. 6. tit. 17.
Professio illegitimorum est nulla, cap. 1. §. 2. tit. 19.
Et eius qui ortum ducit ab hæreticis, & Iudæis, cap. 1. §. 2. tit. 19.
Professio Mendicantium seu quasi, absque dispensatione est nulla, ibid.
Professio non facta in manibus superioris est invalida, cap. 3. §. 2. tit. 19.
Quot suffragia requirantur ad validitatem professionis, cap. 3. §. 2. tit. 19.
Ante Annum probationis non valet Professio, cap. 3. §. 3. tit. 19.

Monachus per Professionē vovet obſervantiam Regulæ S. P. N. Benedicti iuxta declarationes Conſtitutionum Congregationis, cap. 1. tit. 1.
Proprietarius, quis dicitur, cap. 2. tit. 3.
Committit peccatum furti, ibid.
Quomodo debent Monachi adminiſtrare reditus Officiorum ne ſint proprietarii, cap. 3. tit. 3.
Portiones tempeſtivè diſtribuendæ in quantitate & qualitate debita, cap. 1. tit. 15.
Paciſci de portionibus non licet, cap. 2. tit. 15.
Quando ſubvenitur Clauſtrali abſenti, portionibus, cap. 1. §. 1. tit. 15.
Et quando officialibus, cap. 3. §. 2. tit. 15.
Qui Conventus excipiuntur ab hoc onere, & quare, cap. 1. §. 4. tit. 15.

S

Secretarius in cauſis criminalibus debet eſſe Monachus, cap. 6. tit. 6.
Secretarius Viſitatorum poteſt accipere ſalarium pro copia, cap. 4. tit. 8.
Secretarius Capituli Generalis, ab eodem Capitulo eligitur, cap. 7. §. 3. tit. 9.
Silentium quando, & vbi obſervandum, cap. 2. tit. 17.

Spolia defunctorum Abbatum & Monachorum quomodo administrantur, cap. 1. §. 2. tit. 4.
Post mortem Abbatis, seu Monachi statim conficitur inventarium, cap. 1. §. 1. tit. 4.
Quomodo benemeritis à defuncto, subveniri possit ex spolio, cap. 1. §. 2. tit. 4.
Omne spolium distrahitur, ut creditoribus satisfiat, cap. 1. §. 3. tit. 4
Omne spolium eius est Conventus, vbi accidit Mors, cap. 2. tit. 4.
Quid observandum in spolio ex bonis paternis profectitio, cap. 2. tit. 4.
Quæ reservantur successori ex spolio, cap. 1. §. 1. tit. 4.
Qui occultat aliquid spolii excommunicationem incurrit, cap. 2. tit. 4.
Non incurritur in esculentis, & poculentis * parvi momenti.
Suffragia defuncti Abbatis, seu Monachi in proprio Monasterio, cap. 1. §. 1. tit. 12.
Quæ in aliis Monasteriis S. Congregationis, cap. 1. §. 2. tit. 12.

Supel-

* Esculenta, & poculenta hic iuxta propriam eorum significationem accipienda sunt: ideſt, pro rebus potabilibus, & comestibilibus, quæ brevi consumuntur, seu prodiguntur, adeò quod licebat Iudici capere esculenta, & poculenta, L. Plebiscito 18. ff. de Offic. Præsid. Aliàs, quælibet alia significatio minùs propria intellectum frustraret legis, & esset vitiosa interpretatio.

Supellectilia pretiosa, & superflua prohibita Abbatibus, & Monachis, cap. 1. tit. 17.
Supplicantes Monachos debent semper Præsidentes admittere, cap. 4. §. 3. tit. 6.
Supplicationes in Capitulo Generali examinandæ, cap. 4. § 2. tit. 9.
Quomodo expediendæ, cap. 7. §. 7. tit. 9.

T

Thesaurarius Religionis eligitur in Capitulo Generali, cap. 7. §. 9. tit. 9.
Eius munera, cap. 1. §. 2. tit. 23.
Tutoris officium gerere, Monachis interdictum, cap. 6. tit. 17.

V

Visitatores quatuor eliguntur in Capitulo Generali canonicè, cap. 1. §. 1. & 2. tit. 8.
Qui concurrant, cap. 1. §. 1. tit. 8.
Quo ordine creentur, cap. 7. §. 8. tit. 9.
Quid observandum emortuo Visitatore, seu Convisitatore, cap. 1. §. 2. tit. 8.
Visitatorum iurisdictio, cap. 2. tit. 8.
Quomodo procedere debent in excessus reprimendos, cap. 3. tit. 8.
Quomodo visitandus Conventus Visitatoris, & Convisitatoris, cap. 1. §. 3. tit. 8.

Quæ recipere poſſunt Viſitatores, cap.4. tit.8.
Viſitationes leguntur in Capitulo Generali, cap. 7. §.7. tit.9.
Viſitare extraordinariè Monaſteria, quibus competit, & quibus de cauſis exequendum, cap.11. tit.6.
Vitam Communem agunt Monachi Adventu, & Quadrageſſima, cap.1. tit.14.
Vita Monachorum puriſſima eſſe debet, & exemplaris, cap.1. tit.17.
Venatio Monachis prohibita, cap.3. tit.17.

FINIS.



D 1.4/6